PRO L. COR.
Balbo M.T.Ciceronis Oratio, F.Syluii Ambiani Commentariis declarata.



Venundatur Iodoco Badio Ascensio, sub gratia & priuilegio proxime explicandis.

TENOR PRIVILEGII

CAutum est auctoritate subregia, ne quisq̃ Commentarios Francisci Syluii Ambiani editos aut edendos in orationes Ciceronis triennio post impressionem aut recognitionem, rursus imprimere audeat, aut alibi impressos diuendere, sub pœna confiscationis librorum impressorum & arbitraria: præter eum cui eos commiserit imprimendos. Commisit autem hos in orationem pro Cornelio Balbo, Iodoco Badio Ascensio: tradito illi diplomate signato manu C.V. Parisien̄. Præpositi.

De la Barre.

Reuerendiſſimo D.Carolo Croyo Tornacenſium Epiſcopo Franciſcus Syluius S.

QVoniam accepti beneficii & memorem me & gratum præſtare debeo & ſoleo, quæſiui occaſionem vt aliquid laborum meorum nomine tuo ederem, qui me tam liberaliter iſtiuſce domus tuæ vſufructu donaſti. Eam mihi oblatam eſſe huiuſmodi gaudeo. Duæ ſunt M. Tullii orationes, quibus ipſe duos viros clariſſimos ciuitate Romana donatos, in ciuitate retinendos eſſe defendit. Vna A.Licinium Archiam Heraclienſem, altera L.Cornelium Balbum Gaditanum. Commentarios noſtros in illam cognato tuo Euſtathio Croyo nuncupauimus, Commentarios in hanc tibi dedicamus: vt qui inter vos cognati eſtis, accipiatis a me munera, vt ita dicam, cognata. Hos autem comiter vt accipias, te oro. Vale. xxiiii. Aprilis, Pariſiis, ex Tornaca tua ſchola.

TABELLA RErum & verborum insignium in Commentariis F. Sylvii Ambiani in orationem M.T. Ciceronis pro L. Cor. Balbo.

FINIS.

IN ORATIONEM

M. Tullii Ciceronis Pro L.Cornelio Balbo Gaditano F.Syluii Ambiani argumentum,& nonnullorum ab eodem Cornelio Balbo factorum & gestorum ex classicis authoribus narratio.

L.Cornelius Balbꝰ Gaditanꝰ in bello Sertoriano,quod in Hispania gestum est cum Q.Metello Pio & C.Memmio, & in classe & in exercitu fuit. Vt Pompeius in Hispaniam ad bellum venit, Memmiumq; habere Quæstorem cœpit,nunquam a Memmio discessit. Acerrimis illis prœliis & maximis Suctonensi & Duriensi interfuit. Cũ Pompeio ad extremum belli tempus fuit.Itaque Sertoriano bello confecto eum Pompeius Romana ciuitate donauit ex ea lege quam L.Gellius & Cn.Cornelius Coss.ex Senatus sententia tulerunt:qua lege cauebatur,vti ciues Romani essent ii,quos Cn.Põpeius de cõsilii sententia singillatim ciuitate donasset.Postea Balbus in intima C. Cæsaris familiaritate versatus est.Eam ob rem quidam Cęsaris inimicus Balbum in iudicium de ciuitate vocauit,quem Cicero hac oratione defendit. Negat accusator licuisse Pompeio donare Cornelium ciuitate.Nefas esse dubitare Cicero probat,quin Pompeio licuerit,quod eum fecisse cõstet,præsertim quum in eo insint omnia,cur id ei concedi oporteat,vsus rerum, pudor,integritas,religio,diligentia,authoritas.Idque Gellia lege & Cornelia Põpeio licuisse docet.Licuisse negat accusator,quod populus Gaditanus,ex quo Cornelius erat,fundus factus non sit. Ratiocinatur Cicero licere omnes donari ciuitate,siue sint ex populo qui factus sit fundus,siue non sint:nisi in fœdere quod cum eo populo factum sit,nominatim exceptum sit,ne ex eo quisquam ciuis Romanus fiat.Exceptum esse fœdus Gaditanum lege Gellia & Cornelia accusator dicit,quia sacrosanctum est.Id sacrosanctum non esse probat Cicero. docetq; Gaditanos populi Rom. dignitatem comiter conseruare non posse,vt in eorum fœdere cũ populo Rom.icto scriptum erat,si Romana ciuitate excluderen-

tur.Ex Gaditanorum voluntate Balbum ciuem Romanum factum esse ostēdit.C.Marium,P.Crassum,L.Syllam,Q. Metellum, M.Crassum,suum quoque patrem Cn.Pompeium fuisse imitatum probat.Ex Iudicum,ex populi Rom.ex Senatus iudicio id Pompeio licuisse ostendit.Tam multa in causa minime dubiā se dixisse dicit,vt animos inimicorum frangeret,qui Cornelii inimici quidem non sunt,sed C.Caesaris,cuius Balbus maxime amicus erat.Amicis inimicorum nocendum non esse,& susceptas inimicitias Reip.causa deponendas esse suo exemplo ostendit.Concludit per commiserationem & enumerationem. Causa iudicialis est.Status coniecturalis. Accusatorem Cicero non nominat. Cornelium M.Crassus & Cn.Pompeius antequam Cicero,defenderunt.Fuit autem absolutus.Nam authore Plinio capite.xliii.libri.vii.Hic primus externorum atque etiam in Oceano genitorum vsus illo honore,quem maiores Latio quoq; negauerunt.eūque factum Consulem dicit.Idem capite quinto libri quinti author est,Corneliū Balbum vnū omniū externorū curru & Quiritium iure donatum,de Garamantibus triumphasse. Quippe,inquit, Gadibus nato ciuitas Romana cum Balbo maiore patruo data est.Hunc in Theatro suo pro insigni miraculo colūnas quatuor modicas ex Onyce marmore posuisse idem capite.vii.libri xxxvi.scribit. Quum Gaditani in oppido habitarent admodū paruo,Cornelius Balbus vir triumphalis his aliud ædificauit, quod Neapolim vocant,vt author est Strabo libro tertio.

M. T. CICERONIS PRO L. CORNELIO BALBO ORATIO.

SI AVCTORITATES Patronorum in iudiciis valerent, ab amplissimis viris L. Cornelii causa defensa est: si vsus, a peritissimis: si ingenia, ab eloquentissimis: si studia, ab amicissimis, & cum beneficiis cum L. Cornelio, tum maxima familiaritate coniunctis. Quæ sunt igitur meæ partes? auctoritatis tantæ, quantam vos in me esse voluistis: vsus mediocris: ingenii minime voluntati paris.

F. SYLVII AMBIANI IN EANDEM COMMENTARII.

VAlerent) ad eos absoluendos. Ab amplissimis viris) Cn. Pompeio & M. Crasso. Si vsus) multarum causarum actione quæsitus. A peritissimis) Nam vsus magister dicendi optimus est. Si studia) .i. si amor & bonus zelus. Hæc autem quatuor in iudiciis valent plurimum, authoritas, vsus, ingenium, & studium patronorum, quæ in Pompeio & Crasso L. Cornelii patronis maxima fuerunt. Quum autem patronis tertius accedat Cicero, quæ sint partes suæ quærit. Authoritate, vsu, & ingenio inferiorem se esse ostendit: etiam vt vitet arrogantiam, quæ oratori fugienda est maxime. Studio vero superiorem. Cn. enim Pompeio & M. Crasso plurimum debet Cornelius, ipsi autem Cornelio Cicero. Maius autem eius qui debet, quàm cui debetur studium esse debet. Hoc autem Cicero dicit, vt honestam causam ostendat, cur hanc causam susceperit defendendam, cui aliam subiungit, vt Cn. Pompeii voluntati morem gereret. In exordio autem honestam agendi causam ostendi solere pro Archia scripsimus. Authoritatis tantæ) sum scilicet. Quãtam vos) qui me Quæstorẽ Aedilẽ, Prętorẽ, Consulẽ fecistis. Paris) .i. ex ęquo respõdentis.

Nam cęteris, a quibus est defensus, hunc debere plurimũ video: ego quantũ ei debeam, alio loco ostendam.

Principio oratiõis hoc oppono, me omnibus qui amici fuerint saluti meæ & dignitati, si minus ad referendam gratiam satisfacere potuerim, ad prędicandã & habendam certe satis esse facturum. Quę fuerit hesterno die Cn. Pompeii grauitas in dicendo Iud. quę facultas, quæ copia, nõ opinione tacita vestrorum animorum, sed perspicua admiratione declarari videbatur. Nihil enim vnquam audiui, quod mihi de iure subtilius dici videretur: nihil de memoria, de more, de exemplis acutius: nihil peritius de fœderibus: nihil illustriore auctoritate de bellis: nihil de Repub. grauius: nihil de ipso modestius: nihil de causa & crimine ornatius, vt mihi iam verum videatur illud esse, quod nonnulli literati ac studiis doctrinisq; dediti quasi quiddam incredibile dicere putabantur: eum qui omnes animo virtutes penitus comprehendisset, omnia quæ facere vellet, facillime tractare. Quæ enim in L. Crasso potuit (Sapiẽs oĩa facere põt.) homine nato ad dicendi singularem quandam facultatem, si hanc causam ageret, maior esse vbertas, varietas, copia, q̃ fuit in eo, qui tantum potuit impertire huic studio temporis, quantum ipse a pueritia vsq; ad hanc ætatem a continuis bellis & victoriis conquieuit? Quo mihi difficilior est hic extremus perorandi locus.

Negat enim Cicero se ingeniosum esse, vt pro Archia scripsimus. Nam) id est præterea. Cæteris) Pompeio & Crasso. Alio loco ostendam) Ad extremam orationem id Cicero dicit, Non modo, inquit, non exultauit in ruinis nostris, vestrisque discordiis Cornelius: sed omni officio, lachry-

mis,opera,consolatione omnes me absente meos sublevavit Quorum ego testimonio ac precibus munus hoc meritum huic, &, vt a principio dixi, iustam & debitam gratiam refero. Oppono).i.appono & propono. Saluti meæ)quum alias,tum præcipue,quum turbulentis & furiosis conatibus P.Clodii cessi. Quæ fuerit hesterno die)Hic attende morem non fuisse, vt quum multi essent accusatores aut patroni,eodem die omnes dicerent Accusatores & patroni eodē die non dicūt.

Cn.Pompeii grauitas in dicendo)Cicero in libro de Claris Oratoribus de Cn.Pōpeio ad hanc scribit sententiam.Meus,inquit,æqualis Cn.Pompeius vir ad omnia summa natus,maiorem dicendi gloriam habuisset,nisi eum maioris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset.Erat oratione satis amplus,rem prudenter videbat.Actio vero eius habebat & in voce magnum splendorem,& in motu summam dignitatem. Opinione tacita)id est tacito silentio,& quietis corporibus. Nihil de iure,de memoria,de more,de exemplis &c)De his intelligas,quę ad causæ huius defensionem pertinebant. De ipso)id est de se ipso.Ipsum enim hoc loco reciprocum est. Nonnulli literati).i.Stoici. Quæ enim in L.Crasso)Magna Pōpeii laus est,quem cum L.Crasso comparat,qui orator fuit eloquētissimus, quem in libris de Oratore disputantem Cicero facit,per cuius sententiam ipse Cicero suam intelligit authore Quintiliano,vt per Socratem Plato in Dialogis sententiam suam expromit.Negat Cicero in libro de Oratore secundo huic quenquam fuisse parem ingenio.Quo dicente nemo tam arrogans,qui similiter se vnquam dicturum esse confideret.Eidem,vt ait idē Cicero libro tertio,quum aliquid accuratius dixisset,semper fere contigit. vt nunquam quis dixisse melius putaretur. In eo)Pompeio. Huic studio)id est facultati dicendi. Quantum ipse a pueritia)Pompeius extremū pueritiæ tempus principium habuit bellorum atque imperiorum maximorum,vt paulo post dicet Cicero,nec a continuis bellis victoriisque multum conquieuit. Itaque non multum temporis dicendi facultati impertire potuit,ad quam non minus quàm Crassus natus esse videbatur. Quo mihi difficilior)In causis iis in quibus multi erant accusatores aut patroni,nonnunquam sua cuique dabatur quæstio,vt in accusatione M.Cælii, & L.Murenæ,in P.Syllæ defensione,nonnunquam singuli totam causam agebant.Vt in Murenæ defensione,& in hac causa. Tum autem extremo loco orare difficile est,præcipue si ii qui ante orauerunt eloquentes sint.Eadem enim denuo audire iudicibus odiosum est.Id Cicero significat pro L. Murena.Atque,inquit,ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ non tacēte me maxima.De qua ab homine ingeniosissimo & copiosissimo Hortensio multa grauissime dicta sunt.Quo etiam mihi durior locus est dicendi datus:vt quum ante me & ille dixisset,& vir summa dignitate & diligentia & facultate dicendi M.Crassus,ego in extremo non partem aliquā agerem causæ,sed de tota re dicerem,quod mihi videretur. Perorandi)id est vltimo loco orandi.

Ipsum reciprocum. L.Crassi laus.

Accusatores multi & patroni.

Perorare.

Etenim ei ſuccedo orationi, quæ non prætervecta ſit aures veſtras, ſed in animis omnium penitus inſederit: vt plus voluptatis ex recordatione illius orationis, q̃ non modo ex mea, ſed ex cuiuſq̃ oratione capere poſſitis. Sed mos gerendus non modo Cornelio, cuius ego voluntati in eius periculo nullo modo deeſſe poſſum: ſed etiam Cn. Pompeio, qui ſui facti, ſui iudicii, ſui beneficii, voluit me eſſe, vt apud eoſdem vos Iudices nuper in alia cauſa fuerim, & prędicatorem & auctorem. Ac mihi quidem hoc dignum eo videtur, hoc deberi huius excellentis viri preſtantiſſimæ gloriæ, hoc proprium eſſe veſtri officii, hoc ſatis eſſe cauſæ, vt quod feciſſe Cn. Pompeium conſtet, id omnes ei licuiſſe concedant. Nam verius nihil eſt, q̃ quod heſterno die dixit ipſe, Ita L. Cornelium de fortunis omnibus dimicare, vt nullius in delicti crimen vocetur. Non enim furatus eſſe ciuitatem, non genus ſuum ementitus, non aliquo impudenti mendacio deliuiſſe, non irrepſiſſe in cenſum dicitur. vnum obiicitur, natum eſſe Gadibus: quod negat nemo. cæterum accuſator fatetur, hunc in Hiſpania duriſſimo bello cum Q. Metello, cum C. Memmio, & in claſſe, & in exercitu fuiſſe: & vt Pompeius in Hiſpaniam venerit, Memmiumq; habere Quæſtorem cœperit, nunq̃ a Memmio diſceſſiſſe: Carthaginem eſſe profectum.

Quæ nõ preteruecta ſit aures veſtras) .i. quę a vobis ocioſe & negligẽter

audita non sit, id est quam attente audiuistis. Insederit).i.vt vulgo dicũt, se arrestauerit. Ab auibus facta translatio videtur, quæ volantes in arbore insidunt. Ex recordatione) Multa enim Cicero ex Pompeii oratione repetet. Sui iudicii) Nam ex animi sententia iudicauit Cornelium ciuitate donandum. In alia causa) Ea quę fuerit, mihi cognitũ non est. Huius excellentis viri) Cn. Pompeii. Et licuisse) ei licuisse, potius legendum est. De fortunis omnibus dimicare) id est in iudicium vocatum esse. Damnatus enim bona & ciuitatem amittebat. Furatus esse ciuitatem) Furatus esse ciuitatem dicitur is, qui quum ciuis non sit, se tamem pro ciue gerit, vt qui furtim nomen suum in tabulas publicas retulit. Furari ciuitatem, crimen esse significat. Furatus ciuitatem.

Non genus suum ementitus) Vt L. Equitius, qui ex Gracchorum genere se esse dixit. Nonnulli itaque genus suum dissimulantes, ex aliqua ciuium Romanorum familia se esse dicebant, vt ciues Rom. haberentur. Non aliquo impudenti mendacio delituisse) Qui in aliquas ciuium Romanorum familias furtim se inserunt, cur delituerint, cur in his familiis antea visi non fuerint, impudenter mentiuntur. Andriscum vltimæ sortis hominem, qui se Persei regis Macedoniæ filium mentitus est, vbi puer delituerit, impudenti mendacio dixisse oportuit: alioqui eum Macedones Regem nunquam recepissent. Apud Valerium Maximum libro nono titulus est, de iis qui infimo loco nati, mendacio se clarissimis familiis inserere conati sunt. Non irrepsisse in censum) Irrepere in censum dicitur is qui quum ciuis non sit, se pro ciue gerit, & a Censoribus censetur: vel qui in Censorum tabulis nomen suum furtim inscribit. Vt pro Archia, Cæteri non modo post ciuitatem datam, sed etiam post legem Papiam aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserunt. In censum) Censebantur enim antiquitus soli ciues Romani. Et si quis seruus consentiente vel iubente domino nomen detulisset in cẽsum, ciuis Romanus fiebat, vt ait Boethius libro Commentariorum in Topica Ciceronis primo. Quum Q. Metellus Censor a L. Equitio, tanq̃ T. Gracchi filio, quem se esse simulabat, censum recipere nollet, populus Romanus lapidibus prosternere conatus est, vt ait Valerius Maximus libro nono, titulo de vi & seditione. Census indicat eum, qui fit census, ita se iam tum gessisse pro ciue. Hunc in Hispania) L. Cornelii beneficia in populũ Romanũ enumerat, vt eum ciuitate dignum ostendat. Durissimo bello) quod cum Sertorio gestum est, de quo Titus Liuius in multis libris, L. Florus in Epitomatis, & Plutarchus in vitis Sertorii & Pompeii multa scripserunt. Cum Q. Metello) Pio, qui tum senex erat. Cum C. Mẽmio. Hic omnium qui apud Pompeium erant præstantissimus fuit, vt ait Plutarchus.

Emẽtitus genus. Andriscus. Irrepere in censum. Census ciuium Ro. Durũ bellum. C. Mẽm.

Acerrimis illis prœliis & maximis Sucronensi & † Duriensi interfuisse: cum Pompeio ad extremum belli tempus fuisse. Hęc sunt prœlia Cornelii, talis in Rempub. nostram labor, assiduitas, dimicatio, virtus digna summo Imperatore: spes pro periculis præmiorum. prœmia quidē ipsa non sunt in eius facto, qui adeptus est, sed in eius qui dedit. Donatus igitur est ob eas causas a Cn. Pompeio ciuitate. id accusator non negat: sed reprehendit, vt in Cornelio causa ipsius probetur, pœna quæratur: in Pompeio causa lędatur, pœna sit nulla. sic famam, sic innocentissimi hominis fortunas, prestantissimi Imperatoris factum condemnari volunt. ergo in iudicium caput Cornelii, factum Pompeii vocatur. hunc enim in ea ciuitate in qua sit natus, honestissimo loco natum esse concedis, & ab ineunte ætate relictis rebus suis omnibus in nostris bellis, nostris cum Imperatoribus esse versatum: nullius laboris, nullius obsessionis, nullius prœlii expertem fuisse. hæc sunt omnia cum plena laudis, tum propria Cornelii, nec in his rebus crimen est vllum. Vbi igitur est crimen? ꝙ eum Pompeius ciuitate donauit. Huiusce crimen? minime. nisi honos ignominia putanda est. Cuius igitur? re vera nullius. actione accusatoris, eius vnius qui donauit. qui si adductus gratia minus idoneum hominem præmio affecisset: qui etiam si virum bonum, sed non ita meritum: si deniq; aliquid quod non contra ac liceret factum diceretur, sed contra atq; oporteret, tamen esset omnis eius reprehensio a vobis Iudices repudianda. Nunc vero quid dicitur? quid ait accusator fecisse Pompeiū, quod ei facere non licuerit? quod

Margin notes: † Turiesi. — Oportet. Licet.

grauius est, q̃ si id factum ab eo diceret, quod nõ oportuisset. Est enim aliquid, quod non oporteat, etiam si licet: quicquid vero non licet, certe non oportet.

Acerrimis illis præliis) Apud Sucronem fluuium Pompeius a Sertorio victus fuit, Quum enim Pompeius cum Sertorio manum conserere properaret, ne adueniens Metellus particeps victoriæ esset, & ipse quidem Sertorius antequam Metellus coniungeretur, cum Pompeio pugnare cuperet, vtriusque acie instructa fortiter vtrinque pugnatum est, vt Pompeius ipse exequo prostratus vulneratusq; poene interfectus fuerit. Victor euasit Sertorius, vt rem fusius Plutarchus scribit. Est autem Sucro fluuius in Hispania citeriore, & quondam oppidum, vt ait Plinius capite tertio tertii libri. Durensi) Aliis in codicibus Duriẽsi scriptum est.

Sucro fl.

Est enim Durias fluuius in Hispania citeriore, vt eodem in loco Plinius scribit. Hunc Durium nonnulli appellant. Alii Turiam vocant, Plutarchus in vita Sertorii Turiam, apud quem Sertorium cum Pompeio & Metello pugnasse scribit.

Durias fl.

Virtus) Fortitudo Cornelii. Summo Imperatore) Cn. Pompeio. Spes pro periculis præmiorum) Ordo est, Spes præmiorum pro periculis. Sed in eius qui dedit) Si igitur præmium iniuste datum est, qui accepit repræhendi non debet. Causa ipsius probetur). i. meritus ciuitatem dicatur. Causa lædatur) Nam ei licuisse donare Cornelium ciuitate accusator negat. Condemnari volunt) Id dicit, quamuis vnus solus accusator sit. Loco). i. genere. Obsessionis) Obsessionem dici attende, quod sæpius obsidio dicatur.

Obsessio.

Qui si adductus gratia) Argumentum a fictione est. Præmio affecisset). i. ciuitate donasset.

Non contra ac liceret &c). i. non modo quod non liceret, sed etiam quod non oporteret. Licere enim & oportere quantum differant paulo post dicit.

Est enim aliquid) Licet & oportet sunt veluti genus & species, vt sit licet genus, & oportet species. Hoc autem est veluti si dicas, Est aliquid quod non est homo, etiam si est animal. Quicquid vero non est animal, certe non est homo.

Licet & oportet qd distent.

Non oportuit gerere bellum cum Rhodiis, quamuis liceret. Hi enim Legatos Romam miserant se adiuturos Regem Macedoniæ Persen, nisi eum oppugnare Romani cessarent. Non licuit euertere Corinthum, ideo nec oportuit. Belli enim Corinthiaci causa perexigua fuit, ideoq; vrbis euertendæ magis exigua. Immeritum donare ciuitate Pompeio licet, quamuis vt donet non oporteat. Si quem non licet, certe non oportet. Quod autem non licuerit

aduerſarius dixerit, id poſtea Cicero exponit, quod fuerit nefas, & contra foedus. i. religionẽ po. Ro. & fidẽ. Ideo grauius eſt q̃ ſi dixiſſet, id a Põpeio factum, quod non oportuiſſet.

Hic ego nũc coner ſic agere Iudices: non eſſe fas dubitari, quin quod Cn. Põpeiũ feciſſe cõſtitit id nõ ſolũ decuiſſe, ſed etiã debuiſſe fateamur. Quid enim abeſt huic homini, quod ſi adeſſet, iure hoc tribui & cõcedi putaremus? vſus ne rerũ? qui pueritię tẽpus extremũ, principiũ habuit bellorũ atq; imperiorũ maximorũ: cuius pleriq; ęquales minus ſępe caſtra viderũt, q̃ hic triũphauit: q tot habet triũphos, quot orę ſunt parteſq; terrarũ: tot victorias bellicas, quot ſunt in rerũ natura genera bellorũ. An ingeniũ? cũ etiã ipſi caſus euentuſq; rerũ, non duces, ſed comites eius conſiliorũ fuerint: in quo vna ita ſumma fortuna cum ſumma virtute certauit, vt omniũ iudicio plus q̃ decet, tribueretur. An pudor? an integritas? an religio in eo? an diligẽtia vnq̃ requiſita eſt? quem prouinciæ noſtræ, quem liberi populi, quem reges, quem exteræ gentes, caſtiorem, moderatiorẽ, ſanctiorem non modo viderunt, ſed aut ſperando vnq̃ aut optãdo cogitauerũt?

Caſus & euẽtus nõ duces ſed comites cõſiliorũ Pomp.

Quid abeſt huic homini) .i. quid Põpeius nõ habet. Iure hoc tribui) Põpeio. vt quod eũ feciſſe conſtaret, id nõ ſolũ decuiſſe, ſed etiã debuiſſe fateamur. Ei vero affuit vſus rerũ, ingeniũ, pudor, integritas, religio, diligẽtia, authoritas: quę id pręſtãt, vt hoc ei iure tribuatur. Vſus ne rerũ) .i. experiẽtia & ſciẽtia rei militaris. Pueritię tẽpus extremũ) qđ eſt anno ſeptimo decimo cõpleto, vt pro L. Murena ſcripſimus. Principiũ habuit bellorũ) Cicero pro lege Manilia ſcientiã rei militaris in Põpeio ineſſe oſtẽdens, Quis, inqt, hoc homine ſcientior vnq̃ aut fuit? aut eſſe debuit? qui e ludo atq; pueritię diſciplina bello maximo atq; acerrimis hoſtibus, ad patris exercitũ, atq; in militię diſciplinã profectus eſt, qui

Cn. Põpei⁹ quãdo cœpit militare.

extrema pueritia miles fuit summi Imperatoris, ineūte adolescētia maximi ipse exercitus Imperator, qui sepius cum hoste cōflixit, q̄ quisq̄ cum inimico cōcertauit: plura bella gessit, q̄ ceteri legerūt, plures prouincias cōfecit, q̄ alii cōcupiuerūt. Cuius adolescētia ad sciētiam rei militaris nō alienis pceptis, sed suis imperiis: nō offensionibus belli, sed victoriis: nō stipēdiis, sed triūphis est tradita. Qui tot habet triūphos) Maximū & splēdidissimū Pōpeio fuit, qđ nemini Romanorū cōtigit, q̄ tres e trib⁹ orbis terræ partib⁹ triūphos habuerit. Primū em̄ ex Africa, Cn. Domitio proscripto & Hierica, quē Hiarbā alii vocāt Rege Numidię victis & occisis. secūdū ex Europa, Sertorio occiso: tertiū ex Asia, Mithridate & Tigrane superatis, vt est apud Plutarchū in vita ei⁹. Quot sunt in rerū natura) Cicero pro lege Manilia de Pōpeio, Quod, inqt, genus belli esse potest, in quo illū nō exercuerit fortuna reip. Ciuile, Africanū, Trāsalpinū, Hispaniēse, mixtū ex ciuitatibus atq̄ ex bellicosissimis nationibus Seruile. Nauale bellū: varia & diuersa genera & bellorū & hostiū, nō solū gesta ab hoc vno, sed etiā cōfecta, nullā rē esse declarant in vsu militari positā, quę huius viri sciētiā fugere possit. Cn. Pōpeii titulos oēs & triūphos Plinius enumerat cap. 26. lib. 7. Quū etiā ipsi casus) Casus & euētus cōsilioꝝ duces sūt. Si em̄ bene eueniat, bene cōsultū dicūt: sin aliter, male. Itaq̄ Cicero ad P. Lentulū libro Epistolarū Familiariū. 1. Hęc, inqt sententia sic & illi & nobis probabatur, vt ex euentu homines de tuo cōsilio existimaturos videremus. Si cecidisset, vt volumus & optamus, oēs te & sapiēter & fortiter: sin aliquid esset offensum, eosdē illos & cupide & temere fecisse dicturos. Idem paulo post, Redeo ad illud qđ initio scripsi, totius facti tui iudiciū, non tā ex cōsilio tuo, q̄ ex euentu homines esse facturos. Idē pro C. Rabirio Posthumo, Hoc plerūq̄ facimus vt consilia euentis pōderem⁹: & cui bene quid processerit, multū illū prouidisse: cui secus, nihil sensisse dicamus. Quū aūt secūdū Pōpeii consiliū res semper euenerit, casus & euētus cōsiliorū eius comites fuerūt. Sūma fortuna cū summa virtute certauit) .i. ita magnū vtrūq̄ fuit, vt alterū altero se maius esse contēderet. Hūc Pōpeiū cū virtute fortunā adæquasse Cicero pro Archia dicit. Tribueretur) nō a fortuna, sed eo referri debet, iure hoc tribui & cōcedi putaremus. Requisita) .i. desiderata. Requirimus in homine qđ esse debet, & nō est. Liber (populi) .i. vt vulgo dicūt, cōmunitates nullius imperio subiectę, sed suis legibus atq̄ moribus viuētes. Liber populus, vt ait Proculus Iurisc. libro Digestorū. 49. de captiuis & postliminio reuersis, est is qui nullius alterius populi potestati subiectus est, siue is fœderatus est, siue nō fœderatus est: itē siue æquo fœdere venit in amicitiā, siue fœdere cōprehēsum est, vt is populus alterius populi maiestatem conseruet. Castiorem) eo refertur an pudor. Pudor enim castitas est. Moderatior ad integritatem, sanctior ad religionem referuntur.

Cn. Pōpeii triūphi.

Euentus cōsiliorū.

Requirere

Liber populus.

Quid dicam de auctoritate? quæ tanta est, quanta in his tantis virtutibus ac laudibus esse debet. cui S.P.Q.R. amplissimæ dignitatis præmia dedit, non postulanti imperia, verum etiam recusanti. Huius de facto ita quæri, vt agatur, licuerit ne id facere quod fecit, an vero non dicam non licuerit, sed nefas fuerit: contra fœdus enim, id est contra Populi Romani religionem & fidem fecisse dicitur: non turpe Populo Romano? nonne vobis est? Audiui hoc de parente meo puer, cum Q. Metellus L.F. causam de pecuniis repetundis diceret, ille ille vir, cui patriæ salus dulcior q̃ conspectus fuit; qui de ciuitate decedere q̃ de sententia maluit: hoc igitur causam dicente, cum ipsius tabulæ circunferrentur inspiciendi nominis causa, fuisse iudicem ex illis Equitibus Romanis grauissimis viris neminem, quin remoueret oculos, & se totum auerteret, ne forte quod ille in tabulas publicas retulisset, dubitasse quisq̃ verum ne an falsum esset, videretur. nos Cn. Pompeii decretum iudicium de consilii sententia pronunciatum recognoscemus? cum legibus conferemus? cum fœderibus, quorum acerbissima diligentia est, pertendemus? Athenis aiunt, cum quidam apud eos qui sancte grauiterq; vixisset, & testimonium dixisset publice, & (vt mos Græcorum est) iurandi causa ad aras accederet, vna voce omnes iudices ne eis iuraret, reclamasse.

Audiui de parente. *Memorabile exemplũ.* *Atheniẽs. grauitas.*

Prouincias decernere. S.P.Q.R.) Senatus more maiorum prouincias decernebat, Imperatores deligebat, ærarium dispensabat, quæ nunquam sibi po. Ro. appetiuit, qui nunquam hæc a summi consilii gubernatione auferre conatus est, vt

hit Cicero in Vatinium. Quum vero imperium extraordinariũ erat, id lata lege Tribunitia, quæ populi Ro. suffragio probabatur, decerni solebat. Vt Cn. Pompeio lege Gabinia bellum Piraticum, eidem lege Manilia Mithridaticum decretum est. Amplissimæ dignitatis præmia).i. imperia & triumphos. Huius de facto ita queri) Ordo est. Num turpe populi Ro. nonne vobis est? huius de facto ita quæri &c. An vero non dicam non licuerit, sed nefas fuerit) Correctio est. Contra foedus enim) Si non licuit Pompeio donare Cornelium ciuitate, hoc fuit, quia contra foedus Gaditanum erat: si contra foedus erat, contra fidem & religionem erat. Q. Metellus Numidicus L. Metelli Dalmatici filius fuit. Alius fuit L. Metellus Pontifex Maximus Q. Metelli Macedonici auus, qui primo bello Punico de Poenis triumphauit, de quo est apud Plinium libro. vii. De pecuniis repetundis).i. quod prouinciam sincere nõ administrasset. Quæ autem ea prouincia fuerit, & a quo accusatus fuerit, legere non memini. Hoc exemplum est apud Valerium Maximum libro secundo, titulo de maiestate. Quo eodem in loco est etiam proximum exemplũ de Xenocrate. Q. Metellus L. F.) Hęc oratio perfecta nõ est. Id Cicero aliquando de industria facit, vt orationes imperfectas relinquat, vt ea ratione videatur ex tempore dicere. Nam præmeditata oratio iudicibus suspecta est. Cui patriæ salus dulcior) L. Saturninus Trib. pl. legem agrariam, vel vt ait Plutarchus legem de regione, Vt nemini in regione esse liceret, nisi quem populus Ro. decerneret, per vim tulit. Senatum ad eam confirmandam accersiuit, ac iurare coegit eum famosum fore, si quis impedire vellet. In hanc legem Metellus iurare noluit. Ei Saturninus aqua igni & tecto per Consules interdicendum curauit. Metellus quum a bonis ciuibus defenderetur, ne causa malorum certaminũ esset, in voluntariũ exiliũ Rhodũ profectus est, ibique legendo & audiendo magnos viros aduocabat. Authores sunt T. Liuius libro. lxix. & Plutarchus in vita C. Marii, vbi rem scribit fusius. Patriæ salus) Nam patriæ lex Saturnini erat perniciosa. Ex illis Equitibus Ro.) Soli enim Equites tum iudicabant lege Sempronia. Recognoscemus).i. repetemus & retractabimus. Acerbissima).i. exquisitissima & acerrima.

Pertendemus).i. comparabimus. Quum quidam apud eos) Xenocratem intelligit. Cuius vitam Laertius scripsit. Is libro quarto Xenocratis verbis tantam fidem haberi solitam dicit, vt quum iniuratus nemo testimonium diceret, hunc solum iurare Athenienses passi non sint.

Testimonium dixisset) Nam dicere testimonium non ferre dicimus. Hinc attende Græcorum morem fuisse, vt prius dicerent testimonium, postea iurarent. A nostris contra fieri solet. Vt mos Græcorum est) Vt Pericles Atheniensis, quum eum amicus rogaret, vt pro re causaq; eius falsum deieraret, respondit opus esse se amicis opitulari, sed vsq; ad aras.i. ad iusiurandum.

Imperium extraordinarium.

Q. Metell.
L. Metellus

Oratio imperfecta.

Q. Metelli exilium.

Xenocratis laus.

Arã Græci tenẽt iurantes.

Cum Græci homines ſpectati viri noluerint religione videri potius q̃ veritate fidem eſſe cõſtrictam, nos etiam in ipſa religione & legum & fœderum conſeruanda qualis fuerit Cn. Põpeius dubitabimus? Vtrũ enim inſcientem vultis contra fœdera feciſſe, an ſcientem? ſi ſcientem: O nomen noſtri imperii: O populi Romani excellens dignitas: O Cn. Pompeii ſic late lõgeq; diffuſa laus, vt eius gloriæ domicilium communis imperii finibus terminetur: O nationes, vrbes, populi, Tetrarchæ, Tyranni, teſtes Cn. Pompeii non ſolum virtutis in bello, ſed etiam religionis in pace: vos deniq; mutæ regiones imploro, & ſola terrarum vltimarũ: vos maria, portus, inſulæ, littora. quæ eſt enim ora? quæ ſedes? qui locus? in quo non extent huius cũ fortitudinis, tum vero humanitatis, tum animi, tum concilii impreſſa veſtigia? Hunc quiſq̃ incredibili quadam atque inaudita grauitate, virtute, conſtantia præditum, fœdera ſcientem neglexiſſe, violaſſe, rupiſſe dicere audebit?

Sola terrarum.

Spectati viri) Prudentiſſima ciuitas Athenienſium, dum ea rerum potita eſt, fuiſſe traditur, vt ait Cicero pro Sex. Roſcio. Hic tamen ſpectati viri potius eſt ſingularis numeri, vt ſit cum Græci homines noluerint fidem ſpectati viri &c. Religione) id eſt iureiurando. In ipſa religione) quę in fœderibus conſiſtit. Vtrum enim inſcientem. Argumento ex remotione probat Cicero licuiſſe Pompeio, vt donaret ciuitate L. Cornelium. Quia ſi non licebat, non licere ſibi Pompeius aut ſciebat, aut neſciebat. Vtrunque tollit Cicero. Igitur ei hoc licebat. Inſcientem) id eſt neſcientem. Alibi quoque ea voce vſus Cicero eſt. Vt in Philippica ſecunda, Quid ego de commentariis infinitis, quid de innumerabilibus chirographis loquar? Sunt ea quidem innumerabilia, quæ a diuerſis emebantur non inſciente te. Inde inſcientia, ab eodem dicta eſt libro de Oratore primo, Hanc vim ſi quis exiſtimat aut ab iis qui de dicendi ratione ſcripſerunt, expoſitam eſſe, aut a me poſſe

Inſciens & inſcientia.

exponi tam breui, vehementer errat, neque solum inscientiam meam, sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit. Et pro P. Sylla, Vos denique in tantis tenebris erroris & inscientiae clarissimum lumen praetulistis menti meae. In codicibus aliis inscitiae propter vocis insolentiam repositum est. O nomen nostri imperii) Haec testimonii loco inuocat, vt ostendat credibile non esse Cn. Pompeium scientem quicquam contra foedera fecisse. Eius gloriae domicilium) i. locus in quo gloria eius habitat.

Communis imperii) i. orbis terrarum. Romanorum enim, Macedonum, Atheniensium, Lacedaemoniorum imperia propria fuerunt. Igitur commune imperium est orbis terrarum. Inde Socrates quum rogaretur, cuiatem se esse diceret, Mundanum, inquit. Totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur. Author est Cicero libro Tusculanarum disputationum quinto. Tetrarchae) Regna aliqua in partes quatuor diuisa erant: eorum quartae parti qui praeerant, Tetrarchae dicebantur. Strabo libro. xii. scribit Galathas in tres gentes diuisos fuisse, & vnamquamque gentem in partes quatuor, quas Tetrarchias vocauerunt. Tetrarchae.

Tyranni) Plato & Aristoteles appellant tyrannos eos qui Rem p. ad suam, non ad eorum qui ipsis commissi sunt vtilitatem administrant. Latini vero appellant eos qui in libera ciuitate dominationem per vim occupauerunt. Quo nomine Pisystratus Atheniensium, Dionysius Syracusanorum, Nabis Lacedaemoniorum, Sylla & Caesar Romanorum tyranni fuerunt. Cum huiusmodi tyrannis foedera aut bella fiebant legitima. Religionis) quae vt dixi, in foederibus est. Mutae regiones) i. inauditae antea. Vt ante bellum Caesaris Britannia Romanis inaudita erat, nobis insulae a Lusitanis non multo ante repertae, quas inde nouas insulas appellamus. Vt enim caecus homo, qui non vidit, & caecum factum, quod occultum est, tanquam v sum non sit: vt in libro Aen. primo. Traiectaque pectora ferro Nudauit, caecumque domus scelus omne retexit: Ita homo mutus, qui non loquitur, vnde mutae bestiae appellatae sunt. Sed muta regio, quae nobis inaudita est. Sola terrarum) Vt in oratione antequam iret in exilium, Nunc ego te Iupiter Optime Maxime, cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur &c. Ea voce vsos fuisse veteres Sex. Pompeius docet, qui illa ex Naeuio citat, Tarquinio dedit imperium simul & sola regni. Itemque, Sed sola terrarum postquam permensa parumper. Tum animi) Legendum arbitror, quum animi, vt animus ad fortitudinem, & consilium ad humanitatem referatur. Neglexisse, violasse, rupisse) ordinem seruauit, vt cresceret oratio.

Tyrannus qui sit.

Caecus & mutus homo & res.

Sola terrarum.

Gratificatur mihi geſtu accuſator, neſcientem Cn. Pompeium feciſſe ſignificat. quaſi vero leuius ſit cum in tanta Repub. verſere, & maximis negociis preſſis, facere aliquid, quod ſcias non licere, q̄ omnino neſcire quid liceat. Etenim cum in Hiſpania bellum acerrimum & maximum geſſerat, quo iure Gaditana ciuitas eſſet, neſciebat? An cuius linguam populi non noſſet, interpretationem fœderis non tenebat? Igitur quiſquam Cn. Pompeium ignoraſſe dicere audebit, quod mediocres homines, quod nullo vſu, nullo ſtudio militari præditi, quod librarioli deniq; ſcire profiteantur? Equidem contra exiſtimo Iudices, cum in omni genere ac varietate artium, etiam illarum quæ ſine ſummo ocio non facile diſcuntur, Cn. Pompeius excellat, ſingularem quandam laudem eius, & preſtabilem eſſe ſcientiam in fœderibus, pactionibus, conditionibus, populorum, regum, exterarum nationum, in vniuerſo deniq; belli iure ac pacis. niſi forte quæ nos libri docent in vmbra & ocio, ea Cn. Pompeium, neq; cum requieſceret, literæ, neq; cum rem gereret, res ipſæ docere potuerunt. Atq; vt ego ſentio Iud. cauſa dicta eſt temporis magis. ego non huius inquam genere iudicii plura dicam. eſt enim huius ſeculi labes quædam & macula, virtuti inuidere, velle ipſum florem dignitatis infringere. Etenim ſi Cn. Pompeius abhinc annos quingentos fuiſſet: is vir a quo ſenatus adoleſcentulo atq; Equite Romano ſæpe communis ſalutis auxilium expetiſſet: cuius res geſtæ

Librarioli.

Preſtabilis laus.

Labes ſeculi Cic.

omnes gentes cum clarissima victoria terra mariaq; peragrassent.

Quasi vero leuius sit) Significat Cicero eum qui Reipub. præsit minus peccare si nesciat quid liceat, q̃ si faciat quod non licere sciat. Versere) Versatur in Repub. qui eam administrat. An omnino) quàm non an legendum esse arbitror. Bellum acerrimum) cum Sertorio. Acerrimum bellum appellat, vt ante durissimum bellum. & acerrima prælia Sucronense & Duriense. Gesserat) Significat Cornelium ciuitate ante donatum non esse, quàm occiso Sertorio pacatas Hispanias in populi Rom. ditionem reduxerit. Quod mediocres homines) A minori ad maius arguit.

Versari in Rep.

Acerrimũ bellum.

Quod mediocres homines, quod nullo vsu, nullo studio militari præditi, quod librarioli denique scire profiteãtur, quum Cn. Pompeius summus vir, vsu & studio militari maxime præditus, in omni genere & varietate artium excellens sit. Librarioli) id est librorum exscriptores. Eos autem vt indoctiores significet, diminutiuo vsus est. Ocio) id est studio. Excellat in omni genere artium) De hoc dicendi genere alibi scripsimus. Præstabilem) id est præstantem. Hac voce persæpe vsus Cicero est. In vmbra) id est in scholis. In libris enim multa perscripta sunt fœdera, quæ lectores facile intelligant. Vt in Polybii libris de primo bello Punico fœdera Punica: hæc aliaque permulta apud Liuium inuenias. Est autem argumentum a minore ad maius. Si libri docent nos qualia sunt fœdera, iidem Cn. Põpeium, quum a bellis requiesceret, & in bello res ipsæ docere potuerunt. Rem gereret) id est bellum; vt vsum rerum ante dixit. Causa dicta est temporis magis) Locus hic emendatus non est. In codicibus aliis temporum non temporis scriptum inuenio. Arbitror Ciceronem ad hanc fere sententiam scripsisse. Causa dicta est temporum labe magis quam vllius delicti crimine. Quæ sit ea temporum labes paulo post scribit. Ego non huius inquam &c) Aliquid deesse, vt sententia, ita verbum inquam significat. Hoc tamen ita legi possit, Ego de huius genere iudicii plura non dicam. Florem dignitatis infringere) Vt pro Milone, Nunquàm existimaui spem vllam esse habituros Milonis inimicos, ad eius non salutem modo extinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendam. Si Cn. Pompeius) Argumentum a fictione est. Quod is fecisset) abhinc annos quingentos scilicet. Mors enim quum extinxisset inuidiam) Inuidia tanquam ignis summa petit vt ait T. Liuius libro. viii. Itaque Pompeio inuidebatur, eiusq; factum accusator repræhendebat. Sed inuidiam mors extinguit. Itaque canit Ouidius libro de arte primo, Pascitur in viuis liuor post fata quiescit: Tunc suus ex merito quenque tuetur honos. Audita virtus) si annos abhinc quingentos fuisset Pompeius.

Librarioli.

Excellit in omni genere artium.

Prestabilis

Infringere florem dignitatis.

Inuidiam mors extĩguit.

Cuius tres triumphi testes essent, totum orbem terrarum nostro imperio teneri: quem Populus Romanus singularibus honoribus decorasset: si nunc apud vos, id quod is fecisset, contra fœdus factum diceretur, quis audiret? nemo profecto. Mors enim cum extinxisset inuidiam, res eius gestę sempiterni nominis gloria niterentur. Cuius igitur audita virtus dubitationis locum non daret, huius præsens experta atq; perspecta obtrectatorum voce lædetur? Omittam igitur Pompeium iam oratione mea reliqua. sed vos Iudices animis ac memoria tenetote, de lege, de fœdere, de exemplis, de perpetua consuetudine ciuitatis nostræ: renouabo ea, quæ dicta sunt: nihil enim mihi noui, nihil integri, neq; M. Crassus, qui totam causam pro facultate & pro fide sua diligentissime vobis explicauit: neq; Cn. Pompeius, cuius oratio omnibus ornamentis abundauit, ad dicendum reliquit. Sed quoniam me recusante placuit ambobus adhiberi hunc a me quasi perpoliendi quendam operis extremum laborem, peto a vobis, vt me officii potius q̃ dicendi studio hanc suscepisse operam ac munus putetis. Ac prius q̃ aggrediar ad ius causamq; Cornelii, quiddam de communi conditione omnium nostrum deprecandæ maleuolentiæ causa breuiter commemorandum videtur. Si quo quisq; loco nostrum est Iudices natus, aut si in qua fortuna est nascendi initio constitutus, hunc vitæ statum vsq; ad senectutem obtinere debet, & si omnes, quos aut fortuna extulit, aut ipsorum illustrauit labor & industria, pœna sunt afficiendi: non grauior L. Cornelio, q̃ multis viris bonis atq; fortibus constitui

lex vitę & conditio videtur. Sin autem multorum virtus, ingenium, humanitas ex infimo genere & fortunæ gradu non modo amicitias & rei familiaris copias consecuta eſt, ſed ſummam laudem, honores, gloriam dignitatem: non intelligo cur potius inuidia violatur a virtute L. Cornelii, quàm æquitas veſtra pudorem eius adiutura videatur.

Obtrectatorũ)id eſt inuidorum. Tenetote)Pompeium ſcilicet. Vel aliquid deeſt. Nam intelligi non poteſt, tenetote quæ dixit Pompeius, quum eius oratio iudicum aures præteruecta non ſit, nec tenetote quæ dicturus ſim. Ita enim Cicero auditores rogare non ſolet, vt eos attentos faciat. De lege, de fœdere &c)Partitio eſt. De lege)Cn. Cornelii & L. Gellii. De fœdere) Gaditano. De exemplis) Imperatorum eorum qui viros fortiſſimos donauerunt ciuitate. Cuiuſmodi fuerunt C. Marius, P. Craſſus, L. Sylla, Q. Metellus. Perpetua)id eſt ſemper obſeruata. Qui totam cauſam)Quando in eadem cauſa multi ſunt accuſatores vt ante dixi, aliquando cauſam inter ſe diuidunt, vt ſuam quiſque partem agat, vt in M. Cælii accuſatione, & in P. Syllæ defenſione. Aliquando ſinguli totam cauſam agebant, vt in hac Cornelii defenſione. Pro facultate)dicendi ſcilicet. M. enim Craſſus Hortẽſii æqualis in principibus patronis aliquot annos fuit.

M. Craſſus orator.

Cuius in ratione ſermo latinus erat, verba non abiecta, res compoſitæ diligenter, vt ait Cicero de claris Oratoribus. Explicauit)Vſitatius a Cicerone dicitur, quam explicuit.

Explicauit

Omnium noſtrum)qui labore & induſtria in lucem emerſimus. Deprecandæ)id eſt precando auertendæ. Iis enim qui ex humili loco emerſerunt inuideri ſolet. Id Cornelio in hac cauſa ne noceat, Cicero a iudicibus poſtulat. Ea autem egreſſio eſt, qua ſe vſurum Cicero iudices admonet, vt iudices habeat attentiores & magis beneuolos, vtque res magis dilucida ſit. Loco)id eſt genere. In qua fortuna)id eſt in generis obſcuritate, aut fortunæ tenuitate. Obtinere)id eſt retinere & ſeruare, nec ſplendorem nominis labore induſtria & virtute quærere. Eſt autem argumentum a fictione. Non grauior L. Cornelio)id eſt L. Cornelius grauiore pœna afficiendus nõ eſt, quàm multi viri boni & fortes, quos aut fortuna extulit, aut labor & induſtria illuſtrauit. Quod ſi damnetur Cornelius ei grauior lex vita & conditio conſtituta videtur. Rei familiaris copias)id eſt diuitias. Inuidia)id eſt inuidi. Eſt autem intellectio. Violatur)id eſt excitatur, aut offenditur.

Itaque quod maxime petendum eſt, a vobis idcirco non peto Iudices, ne de veſtra ſapientia atque de veſtra humanitate dubitare videar. Eſt autem hoc petendum, ne oderitis ingenium, ne inimici ſitis induſtriæ, ne humanitatem opprimendam, ne virtutem puniendam putetis. Illud peto, vt ſi cauſam ipſam per ſe firmam eſſe & ſtabilem videritis, hominis ipſius ornamenta adiumento cauſæ potius, quam impedimento eſſe malitis. Naſcitur Iudices cauſa Cornelii ex ea lege, quam L. Gellius Cn. Cornelius ex Senatus ſententia tulerunt. qua lege videamus ſatis eſſe ſanctum. vti ciues Romani ſint ii, quos Cn. Pompeius de conſilii ſententia ſingillatim ciuitate donauerit. Donatum eſſe L. Cornelium præſens Pompius dicit, indicant publicæ tabulæ, accuſator fatetur: ſed negat ex fœderato populo quenq̃ potuiſſe, niſi is populus fundus factus eſſet, in hanc ciuitatem venire. O pręclarum interpretem iuris, auctorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem noſtræ ciuitatis, qui hanc pœnam fœderibus aſcribat, vt omnium præmiorum, beneficiorumque noſtrorum expertes faciat fœderatos. Quid enim potuit dici imperitius? quam fœderatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis eſt proprium fœderatorum, quam omnium liberorum.

Eſt autem hoc petendum) Occupatio eſt. Id enim dicit, quod dicere ſe nolle ſignificat. Videritis) id eſt Pompeii, Craſſi, & mea defenſione cognoueritis. Ornamenta) id eſt virtutes & laudes. Quam impendimento) Ea enim futura ſint impedimento, ſi damnetur. Naſcitur Iudices cauſa) Id eſt primum, quod ſe dicturum pollicitus eſt, hoc eſt de lege.

Quam L. Gellius)Vt Cicero Consul ex S.C. legem tulit de ambitu, ita conicere licet L. Gellium & Cn. Cornelium Lentulum Consules ex S.C. legem tulisse, vti ciues Romani sint ii, quos Cn. Pompeius de consilii sententia singillatim ciuitate donauerit. Iidem Gellius & Lentulus postea Cẽsores fuerunt, duo clarissimi viri, sapientissimique homines, vt ait Cicero pro A. Cluentio. Hos asperam agisse Censuram, ab hisque lxiiii. Senatores Senatu motos esse T. Liuius libro. xcviii. scribit. Idem scribit libro. xcvi. hos Consules fuisse tempore belli Sertoriani. L. Gellius homo candidi ingenii, in concione populi Rom. dixit, si Cicero Consul, quum fuit, nõ fuisset, Rempub. funditus interituram fuisse. Vt ait Cicero in oratione post reditum ad Quirites. Idem ciuicam coronam eidem a Repub. deberi idem Cicero scribit in Pisonem. Satis esse sancti)Sanctum id est constitutũ. non sancti legi oportet. De consilii sententia)id est certo proposito. certa deliberatione. Singillatim)id est vnumquemque separatim. A singulis enim fit aduerbium singulatim. Vt in diuinatione Ciceronis, Quibus ego non sum tantum honorem habiturus, vt ad ea quæ dixerunt, certo loco aut singulatim vnicuique respondeam. Itemque, Si tantulum offensum titubatumque sit, vt ea quæ singulatim ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdamus. Inde veluti per diminutionem singillatim dicimus. Vt libro Tusculanarum disputationum quinto, Hoc loco multa ab Epicureis disputantur. Hæque voluptates singillatim extenuantur, quarum genera non contemnunt, quærunt tamen copiam. Tabulæ) quas conscripsit Pompeius. Accusator fatetur, sed negat)Quid sibi cum aduersario cõueniat, & in quo sit controuersia Iudices admonet, quo magis dilucida causa sit, quo etiam iudices cognoscentes de quo pronuntiaturi sint, audiant attẽtius. Ex fœderato)Confœderatum non dici latine alio loco docuimus, sed fœderatum: quam vocem hoc in loco sæpe inuenias. Fundus factus esset) Is qui sit paulo post ostendet. In hanc ciuitatem venire)id est Romana ciuitate donari. O præclarum interpretem)Ironia est. Omnium præmiorum &c)id est ciuitatis nostræ. cuius donatione præmium atque beneficium æstimatur maximum. Hac enim ratione fit potestas ferendi suffragii, magistratus gerendi, & triumphandi, quæ munera sunt amplissima. Non magis proprium est fœderatorum, quàm omnium liberorum)Paulo post dicit Cicero, Sed quàm est illud imperitissime dictum de populis fundis, quod commune est liberorum populorum, non proprium fœderatorum. Liberorum)populorum scilicet.

Lex Gellia & Cornelia L. Gellius. Cn. Cornelius.

Singillatim & singulatim.

Fœderatus non confœderatus dicitur.

Sed totũ hoc Iudices in ea fuit positum sẽper ratione atq; sẽtẽtia: vt cũ iussisset Prætor aliqd, si id adsciuissẽt socii, populi, ac Latini. & si ea lex quã nos haberemus,

Popul⁹fund⁹ qui fiat. Eadem in populo aliquo tanq̃ in fundo resedisset: vt tum lege eadem is populus teneretur: non vt de nostro iure aliquid minueretur, sed vt illi populi aut iure eo, quod a nobis esset constitutum, aut aliquo commodo, aut beneficio vterentur. Tulit apud maiores nostros legem C. Furius de testamentis: tulit Q. Voconius de mulierum hæreditatibus: innumerabiles aliæ leges de ciuili iure sunt latæ: quas Latini voluerunt, adsciuerunt. Ipsa denique Iulia, qua lege ciuitas est sociis & Latinis data, qui fundi populi facti non essent, ciuitatem non haberent. In quo magna contentio Heracliensium & Neapolitanorum fuit, cum magna pars in iis ciuitatibus iuris sui libertatem ciuitati anteferret. Postremo hæc vis est istius & iuris & verbi, & fundi populi beneficio nostro, non suo iure fiant.

Fundus factus popu.⁹ Totum hoc Iudices) de populo, qui factus esset fundus. Is autem qui sit, explicat ad hanc ferme sententiam. Edicta Prætorum aut leges populi Rom. quum socii, aut liberi populi, aut fœderati asciscere volebant, vt iis vterentur, id si erat eiusmodi, vt permittendum esse videretur, tum statuebant ipsi qui asciscebant, non de populi Rom. sed de suis rebus, quo iure vti vellent. Isque populus dicebatur factus fundus, quod in eo tanquam in fundo aliquo hæc edicta & leges residerent. Itaque hoc fœderatorum proprium non erat, quod commune erat cum sociis po. Rom. & liberis populis. Quod autem Sex. Pompeius scribat populum fundum qui sit author rei quam alienat, id cum hoc loco non cohęret. Iussisset Prætor) id est edictum constituisset. Edicere Prætor sæpius quam iubere dicitur. Populus enim Rom. iubet, vt Senatus censet. Asciuissent) id est aduocassent, vt iis vterētur. Vt paulo post, Quas Latini voluerunt, asciuerunt. Ac Latini) aut Latini legendum videtur. Latinos autem pro fœderatis omnibus posuit, aut intellige socii populi Ro. ac Latini. Vt per socios intelligas reliquos qui in bello Italico contra Romanos steterunt. Ea lex quam nos haberemus) i. lex populi Ro. Eadem) Abundans oratio est, Nā aut ea.

Edicere.
Iubere.
Censere.

sunt eadem superfluit. Id eandem ob causam a Cicerone factum arbitror, ob quam orationes imperfectas ab eo nonnunquam relinqui diximus.

Non vt de nostro iure) Id enim populus Rom. non permittebat, nisi esset eiusmodi, vt permittendum esse videretur. Itaque qui asciscebant, id de rebus suis statuebant, vt postea dicit. Commodo) eius iuris scilicet.

Tulit legem C. Furius) Huius legis meminit Cicero Actione in Verrem tertia. Is enim scribens legem nullam in praeteritum ferri, nisi ea de re, quae sua sponte scelerata ac nefaria est, vt etiam si lex non esset, magnopere vitanda fuerit. De iure vero ciuili, si quid noui quis instituit, omnia quae ante acta sunt, rata esse patitur. Cedo mihi, inquit, leges Atinias, Furias, Fusias, ipsam, vt dixi, Voconiam, omnes praeterea de iure ciuili: hoc reperies in omnibus statui ius, quo post eam legem populus vtatur. De hac lege Furia apud alium scriptorem legere non memini. Nisi ea lex Fusia sit, qua certus modus constitutus erat in seruis testamento manumittendis. vt est in libro Institutionum Iustiniani primo, titulo de lege Fusia tollenda. Latinos enim veteres pro r posuisse s ac dixisse pignosa, Auselios, Valesios, Fusios, Papisios Sex. Pompeius scribit. Cicero libro epistolarum .ix. tradit L. Papirium Crassum fuisse eum qui primus Papisius est vocari desitus. Tulit Q. Voconius) Q. Voconius legem tulit, nequis haeredem filiam virginum mulieremve faceret. vt idem ait in eadem Actione. Hanc legem M. Cato Maior suasit, vt est in libro Ciceronis de Senectute. Ibi de hac re plura scribimus.

Lex Furia

Lex Fusia.

Lex Voconia.

De ciuili iure) Leges de ciuili iure latas intelligi eas, quae nihil criminum capitalium publicique iudicii continent, satis cognosces ex eo loco Ciceronis in Actione tertia, quem modo citauimus, & ex Asconio Pediano. Cuiusmodi has leges esse dicit Furiam & Voconiam.

Ipsa denique Iulia) Hanc legem Iuliam a Sex. Iulio Caesare quem L. Iulium Caesarem alii vocant, latam arbitror, qui primo anno belli Italici Consul cum L. Martio Philippo fuit, vt est apud Eutropium. Sed Italicis populis a Senatu datam ciuitatem T. Liuius scribit libro .lxxx. Id autem bellum appellatum est, ab aliis Sociale, ab aliis Latinum, ab aliis Italicum. In eo omne Latium atque Picenum, Etruria, Campania, omnis denique Italia contra Romanos coniurauit, qui omnes populi permultis iam annis populo Ro. paruerant. Anno quinto quam coeptum erat bellum desiit, suntque donati ciuitate, qui contra pugnauerant. De hoc bello plura licet legere apud L. Florum & Eutropium. Argumento a contrario probat non oportere ex populo qui fundus factus sit esse eos qui ciuitate donentur. Ex his enim populis aliqui fundi facti non sunt, & tamen ciues habentur.

Lex Iulia.

Qui) ex his sociis & latinis. Heracliensium) Heraclienses qui sint pro Archia diximus. Ciuitati) id est donationi ciuitatis. Beneficio nostro) nostro permissu. Non iure suo) id est non ratione foederis, ex quo id ius habeant.

Cum aliquid populus Romanus iuſſit, id ſi eſt eiuſmodi, vt quibuſdam populis ſiue fœderatis, ſiue liberis permittendum eſſe videatur, vt ſtatuant ipſi, non de noſtris ſed de ſuis rebus, quo iure vti velint: tum vtrum fundi facti ſint, an non, quærendum eſſe videatur. de noſtra vero repub. de noſtro imperio, de noſtris bellis, de victoria, de ſalue, fundos populos fieri noluerunt. Atqui ſi Imperatoribus noſtris, ſi Senatui, ſi populo Rom. non licebit propoſitis præmiis elicere ex ciuitatibus ſociorum atque amicorum fortiſſimum atque optimum quenque ad ſubeunda pro ſalute noſtra pericula: ſumma vtilitate ac maximo ſæpe præſidio in periculis atque aſperis temporibus carendum erit. Sed per deos immortales, quę eſt iſta ſocietas? quæ amicitia? quod fœdus? vt aut noſtra ciuitas careat in ſuis periculis Maſſilienſi propugnatore, careat Gaditano, careat Saguntino: aut ſi quis ex illis populus ſit exortus, qui noſtros duces auxilio laboris, commeatus, periculo ſuo iuuerit, qui cum hoſte noſtro comminus in acie ſæpe pugnarit, qui ſe ſæpe telis hoſtium, qui dimicationi capitis, qui morti obiecerit, nulla conditione huius ciuitatis præmiis affici poſſit. Eſt enim in populum Ro. graue non poſſe vti ſociis excellenti virtute præditis, qui velint cum periculis noſtris ſua communicare. In ſocios vero ipſos & in eos de quibus agimus fœderatos, iniurioſum & contumelioſum eſt, his præmiis & his honoribus excluſos eſſe fideliſſimos & coniunctiſſimos ſocios.

Graue ĩ populum.

Quũ aliquid Pop.Rom.iussit) id est quum aliquam legem,aliud ve quid populus Rom.suo suffragio probauit. Noluerunt) Romani scilicet aut nostri. Quod enim de his rebus populus Romanus iussisset,id vt statuant socii aut foederati permittendum esse non videtur. Atqui si Imperatoribus) Ab vtilitate arguit. Si Imperatoribus) Imperatoribus, & Senatui si populus Rom.suis id suffragiis probabat, donare ciuitate licebat. Propositis præmiis)ciuitatis scilicet. Sociorum atque amicorum) Legendum esse arbitror,sociorum,foederatorum,atque amicorum. Nam postea dicit,quæ est ista societas ? quæ amicitia ? quod foedus ? Asperis temporibus) id est quibus bella nobis periculosa gereremus. Vt in primo Aen. Aspera tum positis mitescent secula bellis. Dura tempora postea appellat, Duris,inquit,quondam temporibus Reipub.nostræ,quum præpotens terra marique Carthago nixa duabus Hispaniis huic imperio immineret. inde durissima bella ante appellauit. Cæterum accusator fatetur hunc in Hispania durissimo bello cum Q. Metello,cum C. Memmio & in classe & in exercitu fuisse. Massiliensi)Massiliam fortissimorum fidelissimorumque sociorum vrbem esse dicit Cicero pro M. Fonteio. Idem sine ea Romanos Imperatores ex bellis Gallicis vnquam triumphasse,in libro de Officiis secundo negat. Propugnatore) id est milite. Aut si quis ex illis) Ab honestate arguit,quod alioqui populi Rom. ingratitudo sit. Aspera tẽpora. Dura tempora. Massilia.

Nostros duces auxilio laboris iuuerit) Hinc dissimile,sed & antiquum est illud Terentianum in Hecyra, Tu pueris curre Parmeno obuiam,atque iis onera adiuta. Laboris commeatus) Aut aliam vocem eiusdem generis, aut particulam copulatiuam deesse arbitror. Siquidem Cicero duas solas huiusmodi voces sine coniunctione dicere non solet,quod sæpius facit Liuius. Commeatus nomine intelliguntur præcipue cibaria,quæ ad alimoniam exercitus pertinent. Victualia vulgo appellant. Qua in re hoc loco dicitur. Præterea commeatus dari dicitur,vt ait Sex. Pompeius,id est tempus quo ire quis redireque possit a commeando,quod vltro citroque ire significat. Id verbum est in libro Rhetoricorum ad Herennium primo. Vt ille qui ad diem commeatus non venit, quod eum aquæ interclusissent. Iuuare duces auxilio laboris. Commeatus.

Huius ciuitatis præmiis affici)id est hac ciuitate donari. In populum Ro. graue)rarum dicendi genus. Cum periculis nostris sua communicare)id est nobiscum aduersus hostes fortiter pugnare, & pro re nostra tam fortiter se periculis obiicere, quàm nos ipsi obiiceremus. In socios vero ipsos &c) Si non liceret socios,amicos,foederatos donari ciuitate id non solum populo Rom. inutile esset atque turpe,sed etiam sociis,amicis,& foederatis iniuriosum & contumeliosum. His honoribus exclusos)id est vt vulgo dicunt,horum honorum non capaces, Graue ĩ populũ Ro. Exclusꝰ honoribus.

Quæ pateant stipendiariis, pateant hostibus, pateant seruis. Nam & stipendiarios ex Aphrica, Sicilia, Sardinia, cęteris prouinciis multos ciuitate donatos videmus: & qui hostes ad nostros Imperatores perfugissēt, & magno vsui Reip. nostræ fuissent, scimus ciuitate esse donatos. Seruos deniq;, quorum vis & fortunæ cōditio infima est, bene de Repub. meritos persæpe libertate, id est ciuitate publice donari videbamus. Hanc tu igitur patrone fœderum ac fœderatorum cōditionem statuis tuis ciuibus, vt quod his, quos Gaditanis adiutoribus armis subegimus, atq; in ditionem nostram redegimus, liceat, si populus Ro. permiserit, vt ab Senatu, ab Imperatoribus nostris, ciuitate donentur: id ne liceat ipsis, qui si suis decretis legibusve sanxissent, ne quis suorum ciuium castra Imperatorum populi Ro. iniret: ne quis se pro nostro imperio in periculum capitis atq; in vitę discrimen inferret: Gaditanorum auxiliis vti, cū vellemus, non liceret: priuatim vero ne quis vir & animo & virtute pręcellens pro nostro imperio periculo suo dimicaret: grauiter id iure ferremus, minui auxilia populi Ro. debilitari animos fortissimorum virorum, alienigenarum nos hominum studiis atq; externa virtute priuari.

Stipendarii. Qui pareāt stipēdiariis). i. qui a populo Ro. domiti stipēdia soluūt. In hac significatiōe Cicero alias quoq; dixit. Vt in diuinatiōe, Populatæ, vexatæ, funditus euersæ prouinciæ: socii, stipendiariiq; populi Ro. afflicti: miseri iā non salutis spem, sed exitii solatium quærunt. De prouinciis Consularibus, Vectigales multos ac stipendiarios liberauit. In Pisonem, Te indemnatum videri putas, quem socii, quem fœderati, quem liberi populi, quem stipendiarii, quem negociatores, quē publicani, quem vniuersa ciuitas omni cruciatu dignissimum putant. Stipendiarios vulgus indocte appellat eos qui a Rege stipendia accipiunt. Mercenarium militem T. Liuius libro. xxiiii. appellat externum, qui mercedis causa militat. Id, inquit, modo eius anni

Mercenarius miles.

in Hispania ad memoriam insigne est, quod mercenarium militem in castris neminem antequam tum Celtiberos, Romani habuere. De hac voce plura scripsimus pro M. Fonteio. Perfugissent) Haud scio an confugissent legi oporteat. Confugere enim nō perfugere solet Cicero dicere, quāuis perfugium non refugium sæpe dicat. Vt in primo de Officiis, Quum iis quos vi deuiceris, consulendum est, tum iis qui armis positis ad Imperatorum fidem confugiunt: quamuis murum aries percusserit, recipiendi sunt. Conditio infima) Vt in primo de Officiis libro, Est autem infima conditio & fortuna seruorum. Bene de Rep.) qualis fuit Vindicius ille Iunii Bruti seruus, qui filiorum domini coniurationem de Tarquiniis noctu in vrbem recipiendis aperuit. Libertate) id est ciuitate. Inde attende ciuium Romanorum seruos tum ciues fieri, quum libertate a Prætore publice donarētur. Publice) quū vindicta a Prætore percuterētur. Cicero in Topicis seruū libertate donari dicit, testamēto, aut cēsu, aut vindicta. Testamēto, vt inquit Boetius, si quis suprema volūtate in testamēti serie seruū suū liberū scripserit. Censu, si quis cōsentiēte domino vel iubēte nomē in cēsum detulisset. Soli enim ciues Romani antiquitus censebantur. Vindicta. i. virgula quadam, quam Prætor capiti serui manumittendi imponēs, eum in libertatem vindicabat, dicendo quædam verba solennia: atque ideo illa virgula vindicta appellabatur. T. tamen Liuius libro secundo a Vindicio Bruti seruo, cuius modo feci mentionem appellatam esse vindictā putat, cui præmium pecuniæ ex ærario, libertas & ciuitas data. Ille dicitur primum vindicta liberatus. Quidam, inquit, vindictæ quoque nomen tractum ab illo putant. Post illum seruatum, vt qui ita (.i. bene de Repub. merendo) liberati essent, in ciuitatem accepti viderentur. Ad hunc morem alludit Persius Satyra quinta, Vindicta postquam meus a Prætore recessi, Cur mihi nō liceat iussit quodcūque volūtas Hoc modo tertio publice donabantur: iiq; vt arbitror, soli, qui de Rep. bene meriti essent, qui cum libertate ciuitatem simul assequebantur. Patrone fœderum) Ironia est.

Confugere Perfugiū.

Conditio infima.

Seruus donatus libertate.

Vindicta. qua seruus a Prætore percutiebatur.

Tuis ciuibus) .i. Romanis ciuibus. Nisi enim Romanus ciuis fuisset, ei accusare non licuisset. Quod liceat) id est donari ciuitate. His) hostib⁹ scilicet. Permiserit) id est suffragio suo ꝓbauerit. Ne liceat ipsis) Gaditanis scilicet. Priuatus) Hic locus emendatus non est. In codicibus aliis lego æque mendose priuatis. Priuatim legi debere arbitror, ad eam sententiam, qui si suis decretis legibusve id est publice sanxissent, nequis suorū ciuiū &c. priuatim vero si sanxissent, id est si sibi quisq; vir & animo & virtute præcellens tulisset legem &c. Debilitari animos) qui se præmiis viderent priuari. Alienigenarum) id est externorum. Vt pro L. Flacco, Nec quid alienigenæ de vobis loqui soleant, sed quid vosmetipsi de genere vestro statuatis, memineritis. Et pro M. Fonteio, Potestis igitur ignotos notis, iniquos æquis, alienigenas domesticis, cupidos moderatis, mercenarios gratuitis, impios religiosis, inimicissimos huic imperio ac nomini

Alienigenæ.

bonis ac fidelib' & ſociis & ciuibus anteferre. Inuectiua quarta, Ineſt in vno loco conditio melior externæ victoriæ quàm domeſticæ, quod hoſtes alienigenæ aut oppreſſi ſeruiunt, aut recepti beneficio ſe oblig tos putant. Externas res, exteras nationes aut gentes, alienigenas homines ſæpe dici a Cicerone inuenias. Virtute) id eſt animi magnitudine. Quæ propria virtutis ſignificatio eſt. In qua ſignificatione vt a Vergilio, ita a Liuio & Cicerone ſæpiſſime dici licet inuenire.

Virtus qui ſit.

Atqui nihil intereſt Iud. vtrum hęc fœderati iura cōſtituant, vt ne cui liceat ex his ciuitatibus ad noſtrorum bellorum pericula accedere: an quę nos eorum ciuibus virtutis cauſa tribuerimus, ea rata eſſe non poſſint. Nihil enim magis vteremur his adiutoribus, ſublatis pręmiis virtutis, q̄ ſi omnimo his verſari in noſtris bellis nō liceret. Etenim cum pro ſua patria pauci poſt genus hominum natum reperti ſint, qui nullis præmiis propoſitis vitam ſuam hoſtium telis obiecerint: pro aliena republica quenq̄ fore putatis, qui ſe opponat periculis, non modo nullo propoſito pręmio, ſed etiam interdicto? Sed q̄ eſt illud imperitiſſime dictū de populis fundis, quod commune liberorum eſt populorum, non proprium fœderatorum. ex quo intelligi neceſſe eſt, aut neminem ex ſociis ciuem fieri poſſe, aut etiam poſſe ex fœderatis. Tum vero ius omne noſter iſte magiſter mutandæ ciuitatis ignorat. quod eſt Iudices non ſolum in legibus publicis poſitum, ſed etiam in priuatorum voluntate. iure enim noſtro, neq; mutare ciuitatem quiſq̄ inuit⁹ poteſt: neq; ſi velit, mutare non poteſt, modo adſciſcatur ab ea ciuitate, cuius eſſe ſe ciuitatis velit. vt ſi Gaditani ſciuerint nominatim de aliquo ciue Romano, vt ſit is ciuis Gaditanus, magna poteſtas ſit noſtro ciui mutandæ ciuitatis: nec fœdere impediatur, quo minus ex ciue Ro-

mano ciuis Gaditanus possit esse. Duarum ciuitatum ciuis esse nostro iure ciuili nemo potest. Non esse huius ciuitatis ciuis, qui se alii ciuitati dicarit, potest. Neq; solũ dicatione, quod in calamitate clarissimis viris Q. Maximo, C. Lenati, Q. Philippo Nuceriæ, C. Catoni Taracone, Q. Cepioni, P. Rutilio Smyrnæ vidimus accidisse, vt earum ciuitatum fierent ciues: hanc ante amittere non potuissent, q̃ huius solum ciuitatis mutatione vertissent.

Duarum ciuitatum ciuis.

Ea rata esse non possint) Vt si damnetur L. Cornelius, ciuitas quæ ei data fuerat, rata non erit. Post genus hominum natum) id est vt vulgo dicunt, a creatione mundi. Post natos homines & post hominum memoriã in eadem re dici, atque etiam cum superlatiuo adiungi alio loco scribimus.

Post genus hominum natum.

Quam imperitissimæ) Hoc dicendi genus Valla libro elegantiarum primo non probaret. Quod commune &c) Liberi enim populi vt fœderati fundi fieri possunt, vt ante dictum est. Aut neminem ex sociis) Argumentum a simili est. Tum vero &c) Ex iure mutandæ ciuitatis probat licere Gaditanum donari Romana ciuitate, quum etiam liceat ciui Romano donari Gaditana ciuitate. Deque iure ciuitatis mutandæ disputat.

Quam imperitissime

Ciuitatem amittere.

Noster iste magister) Ironia est. Sciuerint) id est populi suffragio probauerint, & legem tulerint. A sciscẽdo. vnde plebiscitum appellatum est. Neque si velit, mutare non potest) id est si velit mutare potest. Quisquam inuitus) Vt in oratione pro domo sua, Hoc iuris a maiorib⁹ proditum est, vt nemo ciuis Roman⁹ aut libertatem aut ciuitatem possit amittere, nisi ipse author factus sit. Idem paulo post, Maiores nostri de ciuitate & libertate ea iura sanxerunt, quæ nec vis temporum, nec potentia magistratuum, nec res iudicata, nec denique vniuersi populi Rom. potestas, quæ cæteris in rebus est maxima, labefactare possit. Nec fœdere impediatur) quamuis Gaditani fundi facti non sint. Duarum ciuitatum) Quum Athenienses T. Pomponium Atticum, vt in eius vita Cornelius Nepos scribit, ciuem suum facere studerent, eo beneficio ille vti noluit, quod nonnulli ita interpretantur, amitti ciuitatem Romanam alia ascita. Dicarit) id est destinarit, id est qui in aliam ciuitatem volũtate ascitus sit. Id autem fit aut quum ciuitas cuius ciuis sit non placet, aut alia magis placet. Neque enim solum) Ciuitatis mutationem fieri tribus modis significat, dicatione, calamitate, & postliminio.

Ciuis duarum ciuitatum.

Ciuitatis mutatio.

Calamitas. Calamitate) id est damnatione. Qua in re sæpe a Cicerone dicitur. Vt in oratione pro domo sua, Damnatis non modo non imminuit calamitas clarissimi nominis gloriam, sed etiam honestauit. Idem incolumes

Incolumis. appellat eos qui nondum damnati aut absoluti sunt. Q. Maximo &c.) Significat Q. Fabium Maximum, C. Lenatem, Q. Phillippum exilio damnatos factos esse ciues Nucerianos: C. Catonem, Taraconensem: Q. Seruilium Cæpionem & P. Rutilium, Smyrneos. De his quod causam dixerint, quod exilio multati sint, nihil legere memini, nisi de P.

P. Rutili⁹. Rutilio, quem virum non sui modi seculi, sed omnis etiam æui optimum repetundarum lege accusatum Equites Rom. (qui tum soli Sempronia lege iudicabant) cum summo ciuitatis gemitu damnauerunt, vt ait Velleius Paterculus. Is enim C. Marii Proconsulis Legatus, a Publicanorum iniuriis Asiam defenderat. Itaque inuisus Equitibus Rom. quorum ex ordine Publicani erant, ab iis damnatus in exilium missus est. vt ait T. Liuius libro. lxx. Q. Cæpio haud scio an sit Q. Seruilius Cæpio, is cuius Proconsulis temeritate victi Romani a Cimbris, binis castris exuti, octoginta milia militum, lixarum vero & calonum milia. xl. cæsa sunt. Quamobrem abrogato ei imperio damnatus est, eiusque bona publicata. vt ait T. Liuius libro. lxvii. Nuceriæ) Nuceria

Exulib⁹ locus assignat⁹. in Italia, Taraco in Hispania, Smyrna in Asia minore est. Qui autem exilio damnabantur, aut certus iis locus a iudicibus destinabatur, quo

Exilii tria genera. exularent: In eum locum quum veniebant, fiebant eius ciuitatis ciues, & tum demum Romanam ciuitatem amittebant. Aut locorum om-

Lata fuga. nium, præter certum quendam, aditus permittebatur, quæ lata fuga a iurisperitis dicitur. Hi itidem Romanam ciuitatem amittebant, quum in aliam asciti fuerant. Aut in insulam relegabantur, quæ pœna ciuitatem adimebat, vt ait Vlpianus libro Digestorum. xlviii. de interdictis & relegatis, & deportatis. Quo eodem in loco tria ea exilii genera quæ diximus Marcellus Iurisconsultus tradit. Earum ciuitatum) Nuceriæ, Taraconis, aut Smyrnæ. Hanc) id est Romanam. Solum ver-

Vertere solū. tissent) Solum vertere quid sit, & de hoc iure ciuitatis mutandæ Cicero explicat in oratione pro A. Cæcinna. Exilium, inquit, non supplicium est, sed perfugium portusque supplicii. Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere aut calamitatem, eo solum vertunt, hoc est sedem & locum mutant. Itaque nulla in lege nostra reperietur, vt apud cæteras ciuitates, maleficium vllum exilio esse multatum. Sed quum homines vincula, neces, ignominiasque vitant, quæ sunt legibus constitutæ, confugiunt quasi ad aram in exilium. Qui si in ciuitate legis vim subire vellent, non prius ciuitatem, quàm vitam amitterent: Quia nolunt, non adimitur iis ciuitas, sed ab his relinquitur. Hæc ille. Tum autem ab iis ciuitas relinquitur, quum in aliam asciti sunt. Itaque subiungit Cicero, Quum ex nostro iure duarum ciuitatum nemo esse possit, tum amittitur

hæc ciuitas denique, quum is qui profugit, receptus est in exilium, hoc est, in aliam ciuitatem. Idem quoque in oratione pro domo sua, Ciuitatem nemo vnquam vllo populi iussu amittet inuitus. Qui ciues Romani in colonias Latinas proficiscebantur, fieri non poterant Latini, qui non erãt authores facti, nomẽq; dederant. Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc ciuitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, hoc est mutandi soli causa venerant. Id autem vt esset faciendũ, non ademptione ciuitatis, sed tecti & aquæ & ignis interdictione faciebant.

Sed etiam postliminio potest ciuitatis fieri mutatio. Neq; enim sine causa de Cn. Publicio Menandro libertino homine (quem apud maiores Legati nostri in Gręciam proficiscentes interpretem secum habere voluerunt) ad populum latum, vt is Publicius si domum reuertisset, & inde Romam redisset, ne minus ciuis esset.

Postliminio) Postliminium, vt ait Paulus Iurisconsultus libro Digestorum. xlix. de captiuis & postliminio reuersis, est ius amissæ rei recuperandę ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter Romanos ac liberos omnes populos Regesque moribus ac legibus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam circa bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere. Idque naturali æquitate introductum est, vt qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is vbi in fines suos redisset, pristinum ius suum reciperet. Cui, vt ait Pomponius, omnia iura sua restituuntur perinde, ac si captus ab hostibus non esset. Nec refert, vt ait Florentinus, quomodo captiuus reuersus sit, vtrũ dimissus, an vi fallaciave potestatem hostium euaserit. Ita tamen si ea mente venerit, vt illo non recursurus. Postliminium dictionem esse simplicem idque liminium esse verbi productionem Ser. Sulpitius putat, vt in finitimo, legitimo, æditimo. Non plus enim inesse timum, quam in meditullio tullium. Scæuola autem P.F. iunctum esse putauit verbum, vt sit in eo post & limen. Vt quæ a nobis alienata sunt, quum ad hostem peruenerint, ex suo tanquam limine exierint. Hinc quum redierint post ad idem limen, postliminio videantur rediisse. Author est Cicero in Topicis. De Cn. Publicio Menandro. Hac de re scripsit Pomponius iurisconsultus libro Digestorum. xlix. de captiuis & postliminio reuersis. Id quo planius intelligatur, verba eius

Postliminium.

Cn. Publicius Menãder.

paulo altius repetam. Captiuus, inquit, si a nobis manumissus fuerit, & peruenerit ad suos, ita demum postliminio reuersus intelligitur, si malit eos sequi, quam in ciuitate nostra manere. Et ideo M. Attilium Regulum, quem Carthaginienses Romam miserunt, responsum est postliminio non esse reuersum. Quia iurauerat Carthaginem se reuersurum, & non habebat animum Romae remanendi. Et ideo in quodam interprete Menandro, qui posteaquam apud nos manumissus erat, missus est ad suos: non est visa necessaria lex, quae lata est de illo, vt maneret ciuis Rom. Nam siue animus ei fuisset remanendi apud suos, desineret esse ciuis Rom. siue animus ei fuisset reuertendi, maneret ciuis. Et ideo lex esset superuacua. Publicii libertini cuiusdam Valerius Maximus libro.ix. titulo de similitudine formae meminit, qui Cn. Pompeio ita similis erat, vt permutato statu & Pompeius in eo & is in Pompeio salutari possent. Sed hunc Cn. Publicium ante fuisse Cicero significat. In Graeciam proficiscentes) Tum enim Latina suis finibus, exiguis sane continebantur. Graeca autem in omnibus fere gentibus legebantur, vt ait Cicero pro Archia. Graecae linguae adeo nullus splendor erat, vt quam Cato antea contempserat, senex didicerit. Vt autem linguae latinae honos per omnes gentes diffunderetur, illud postea obseruatum est, vt Romani magistratus Graecis nunquam nisi latine responsa darent, eosque per interpretem loqui cogerent, non Romae tantum, sed etiam in Graecia & in Asia. Vt est apud Valerium Maximum libro secundo, de institutis antiquis. Priusquam igitur Graeca lingua Romae cognita, aut Latina in Graecia diffusa esset, Legati Romani in Graeciam proficiscentes Publicium interpretem secum habere voluerunt, quod is graece bene loqueretur, qui genere Graecus, vt conicere licet, erat.

Latina lingua angustis finibus.

Ad populum latum) id est lex lata est. Ferre ad populum id est in deliberationem populi, & vt populus sententiam suam suffragii latione ostendat, & referre ad senatum id est in deliberationem Senatus ponere dicimus. Populi autem Rom. suffragio leges probari oportebat, quae ferrentur. Si domum reuertisset) id est si Roma, vbi manumissus fuerat, in patriam rediisset. Et inde) id est domo ex patria. Ne minus ciuis esset) id est vt ciuis permaneret. Quia videbatur domum reuertisse animo redeundi Romam, & non remanendi in patria.

Ferre ad populum. *Referre ad senatum.*

Multi etiam superiori memoria ciues Romani sua voluntate indemnati & incolumes, his rebus relictis, alias se in ciuitates contulerunt. Quod si ciui Romano licet esse Gaditanum siue exilio, siue postliminio, siue reiectione huius ciuitatis, vt iam ad foedus veniam, quod ad cau-

ſam nihil pertinet,(de ciuitatis enim iure non de fœderibus diſceptamus)quid eſt, quamobrem ciui Gaditano in hanc ciuitatem venire non liceat? Equidem longe ſecus ſentio. Nam cum ex omnibus ciuitatibus via ſit in noſtram: cumque noſtris ciuibus pateat iter ad cæteras ciuitates: tum vero vt quæq; nobiſcum maxime ſocietate, amicitia, ſponſione, pactione, fœdere coniuncta eſt: ita mihi maxime communionem beneficiorum, præmiorum, ciuitatis, continere videretur.

Solũ vertere.

Superiori memoria) id eſt tempore præterito. Indemnati) Indemnati dicuntur ii qui cauſam non dixerunt id eſt qui in iudicium vocati non ſunt, etiam ſi pœnas iniuſte dederunt. Vt in oratione pro domo ſua, Quo iure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite ciuis indemnati tuliſti? Itemque, Quis me vnquam vlla lege interrogauit, quis poſtulauit, quis diem dixit? Poteſt igitur damnati pœnam ſuſtinere indemnatus. Eadem in re incolumis dicitur ab eodem eodem in loco. Nihil erat latum de me, non adeſſe eram iuſſus, non citatus affueram, eram etiam tuo iudicio ciuis incolumis. His rebus relictis) id eſt relicta Romana ciuitate. Q; ſi ciui Gaditano) Argumentum ex conſequentibus eſt. Ciui Rom. Licet eſſe Gaditanum) Vt libro epiſtolarum ad Atticum. ix. Impetrabis, inquis, a Cæſare, vt tibi abeſſe liceat, & eſſe ocioſum. Aliter pro C. Rabirio Poſthumo. Aut pallium ſumendum Alexandriæ, vt & Romæ togato eſſe liceret, aut omnes fortunæ abiiciendæ, ſi togam retinuiſſet. Et pro L. Flacco, Liceat iis, qui hæc ſalua eſſe voluerunt; ipſis eſſe ſaluis.

Indemnati

Incolumis

Licet mihi eſſe ocioſũ & ocioſo.

Reiectione huius ciuitatis) id eſt dicatione in aliam ciuitatem. Tum enim Romana reiicitur & relinquitur. Vt iam ad fœdera veniam) Hæc eſt ſecunda pars in partitione propoſita. Longe ſecus ſentio) quàm accuſator. Sentio enim licere ciui Gaditano in hanc ciuitatem venire. Via ſit in noſtram) id eſt ciues Romani fieri poſſint. Sponſione) Hæc ſponſio quæ ſit, legere non memini. Niſi ea ſit, qua ſocietatem & amicitiam ſpõdent ciuitates hæ, quæ nullo antea vinculo coniunctæ erant.

Cuiusuis)id est alterius quæcunq; sit. Certa tribu)Quum quis ciuitate Romana donabatur, ei certa tribus assignabatur. Eum morem Athenis fuisse significat.

Atqui cæteræ ciuitates omnes nõ dubitarent nostros recipere in suas ciuitates, si idem nos iuris haberemus, quod cæteri. sed nos non possumus & huius esse ciuitatis & cuiusuis preterea. cæteris concessum est. Itaque in Græcis ciuitatibus videmus, Athenis Rhodios, Lacedæmonios, cæteros vndiq; ascribi, multarumq; esse eosdem homines ciuitatum. Quo errore ductos vidi egomet nonnullos imperitos homines nostros ciues, Athenis in numero iudicum atq; Areopagitarum, certa tribu, certo numero, cum ignorarẽt, si illã ciuitatem essent adepti, hanc se perdidisse, nisi postliminio recuperassent. Peritus vero nostri iuris ac moris nemo, vnq̃ qui hanc ciuitatem retinere vellet, in aliam ciuitatem se dicauit. Sed hic totus locus disputationis atq; orationis meæ Iudices pertinet ad commune ius mutandarum ciuitatũ: nihil habet, quod sit proprium religionis ac fœderum. Defendo enim rem vniuersam: nullam esse gentem ex omni regione terrarum, neq; tam dissidentem a populo Rom. odio quodam atq; dissidio, neq; tam fide beneuolentiaq; coniunctam: ex qua nobis interdictum sit, vt ne adsciscere ciuem, aut ciuitate donare possimus. O iura præclara, atque diuinitus iam a principio Romani nominis a maioribus nostris comparata, ne quis nostrum plusq̃ vnius ciuitatis esse possit (dissimilitudo enim ciuitatum varietatem iuris habeat, necesse est) ne quis inuitus ciuitate mutetur, neve in ciuitate maneat inuitus. Hæc sunt enim fundamẽta firmissima nostræ libertatis,

Areopagitæ.

ſui quenque iuris & dimittendi & retinendi eſſe dominum. Illud vero ſine vlla dubitatione maxime noſtrum fundauit imperium & populi Ro. nomen auxit, q̄ princeps ille creator huius vrbis Romulus fœdere Sabino docuit, etiam hoſtibus recipiendis augeri hanc ciuitatem oportere. cuius auctoritate & exemplo nunq̄ eſt intermiſſa a maioribus noſtris largitio & communicatio ciuitatis. Itaque & ex Latio multi & Tuſculani & Lanuuini & ex cæteris generibus gentes vniuerſæ in ciuitatem ſunt receptę, vt Sabinorum, Volſcorum, Hernicorum: quibus ex ciuitatibus nec coacti eſſent ciuitatē mutare, ſi qui noluiſſent: nec ſi qui eſſent ciuitatem noſtrā beneficio populi Rom. conſecuti, violatum fœdus eorum videretur.

Creator vrbis Romulus.

Certo numero) id eſt certo ordine, aut certo ordinis numero. Nonnulli enim ordines ſunt, in quibus certos eſt hominum numerus. Vt libro Digeſtorum quinquageſimo de decurionibus Vlpianus, Si numerus ordinis plenus ſit, expectare eum oportet, donec alius loc⁹ vacet. Hanc) id eſt Romanam. Poſtliminio) Aut poſtliminiū ex quadam ſimilitudine dicit. Vt enim captus ab hoſte, in eiusq; præſidia deductus amittit ciuitatem: ſi vero ad ſuos redeat, ciuitatem recuperat, ita ciuis Ro. in aliam ciuitatem aſcitus Romanam amittit. ſi vero ea reiecta Romam redeat, Romanam ciuitatem recuperat. Aut re vera poſtliminium eſt redeuntis Romam vt ex caſtris hoſtium, ita ex aliena ciuitate. In aliam ciuitatem ſe dicauit) Antea dixit, Qui ſe alii ciuitati dicarit. Inde attende dici in ciuitatem ſe, & ciuitati dicare. Ad commune ius) Non Romanorum ſolum, ſed etiam aliarum ciuitatum. Religionis) id eſt Iuriſiurandi, quod in ſanciendo fœdere interponi ſolet. O mira, præclara) In codicibus aliis, O iura præclara ſcriptum eſt, nec poſtea ibi ratio ſcribitur. A maioribus noſtris ratio comparata. Fœdere Sabino) Id quod fuerit, vulgatius eſt, quam vt hoc loco ſcribi poſtulet. Etiam hoſtibus) id eſt non ſolum ſociis, amicis, fœderatis, ſed etiam hoſtibus. Ex Latio) id eſt Latini. Tuſculani) vt T. Coruncanus & Cato Maior. Lanuuini) vt Milo. Generibus) id eſt nationibus. Vt quum Romanorum genus dicimus. A genere autem gentem appellatam eſſe nonnulli putant. Sabinorum) gens ſcilicet.

Dicare ſe i ciuitatē & ciuitati.

Etenim quædam fœdera extant, vt Germanorum, Insubrium, Heluetiorum, Iapidum, nonnullorum item ex Gallia barbarorum: quorum in fœderibus exceptũ est, ne quis a nobis ciuis recipiatur. quod si exceptio facit, ne liceat ibi, necesse est licere. Vbi est igitur exceptum fœdere Gaditano, ne quem P. Romanus Gaditanum recipiat ciuitate? nusquam. ac sicubi esset, lex id Gellia & Cornelia, quæ definitam potestatem Pompeio ciuitatem donandi dederat, sustulisset. Exceptum est inquit: fœdus siquidem sacrosanctum est. ignosco tibi, si neque Pœnorum iura calles: reliqueras enim ciuitatem tuam: neque nostras potuisti leges inspicere: ipsæ enim te a cognitione sui iudicio publico repulerunt. Quid fuit in rogatione ea quę de Pompeio a Gellio & a Lentulo

Sacrosãctũ. Sanctiões.

COSS. lata est, in qua aliquid sacrosanctum videretur? Primum enim sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod populus plebs ve sanxisset. Deinde sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, aut obtestatione & consecratione legis, aut pœnæ, cum caput eius qui contra facit, consecratur. Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiusmodi: vtrum a capitis consecratione, an obtestatione legis sacrosanctum esse confirmas? Nihil omnino vnq̃ de isto fœdere ad populum, nihil ad plebem latum esse dico: neq; legem, neq; pœnam latam esse.

Iapidum) Iapidia Regio in Venetia est ad fluuium Timauum, vt est apud Plinium libro tertio. Inde Iapides appellati sunt. Necesse est licere) vt non liceat, vel vt non donetur ciuitate. Quid si legas, non licere? Sed malim sic legere & distingere, vt sit sensus, Q: si exceptio facit ne liceat ibi, vbi per exceptionem cautum est ne liceat quenq̃ ciuium illorum recipere in ciuitatem Romanam, necesse est licere scilicet Romanis recipe-

re ciuem ex ciuitatibus alienis, a quib' id exceptum in fœdere & pactionibus non est: quia si non liceret etiam si non caueretur, frustra fieret talis exceptio, & ideo subdit: vbi est igitur exceptum foedere Gaditano, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat? Respondet negatiue, vt figurata interrogatio expostulat: nusquam, scilicet exceptum est: & ita sine controuersia licet populo Romano recipere ciuem Gaditanum in ciuitatem suam, sicut Pompeius Cornelium Balbum recepit. Ac, quod multo fortius est, sicubi sup. esset exceptum, lex id Gellia & Cornelia, quæ definitam potestatem Pompeio ciuitatem donandi dederat, sustulisset &c. Id) quod exceptum esset, sicubi esset. Definitam) id est præscriptam, & vt vulgo dicunt, limitatam. Ea enim lege definitum erat, vt nemo donatus ciuitate a Pompeio ciuis esset, nisi de consilii sententia & singillatim Pompeius donasset. Neque Pœnorum iura calles) Significat hunc accusatorem genere Pœnum fuisse, sed relicta ciuitate ciuem Romanum factum esse. Ipse enim te a cognitione sua) Hunc accusatorem iudicio publico damnatum fuisse, ac postea restitutum significat. Alioqui enim ei accusare non liceret. Ad exulem enim lex nulla pertinet, Vt ait Quintilianus libro. vii. Sacrosanctum nihil esse potest) Sacrosanctum dicebatur quod iureiurando interposito erat institutum, vt si quis id violasset, morte pœnas penderet, cuius generis sunt Tribunus plæbis, & Aediles plebeii. Author est Sex. Pompeius. T. Liuius libro tertio latam fuisse legem dicit, vt qui Tribunis pl. Aedilibus, Iudicibus, Decemuiris nocuisset, eius caput Ioui sacrum esset, familię in æde Cereris Liberi Liberęque venum irent. Populus) id est patritii & plebs. Sanctiones) legum aut fœderum. Aut genere ipso) Leges enim sanctione quadam confirmatæ sunt, inde leges sanctæ dicuntur. Sanctum autem est quod ab hominum iniuria defensum atque munitum est. Authores sunt Martianus & Vlpianus libro Digestorum primo, de Rerum diuisione. Obtestatione) Obtestatio est quum deus testis in meliorem partem vocatur: detestatio, quum in deteriorem. vt ait Sex. Pompeius. Aut pœnæ) Arbitror legendum esse aut pœna, Vt sint tria genera sanctionum sacrandarum, vnum fiat genere ipso, alterum obtestatione & consecratione legis, tertium pœna. quum caput eius qui contra facit, consecratur. Authore Vlpiano de rerum diuisione, in sanctionibus interdum adiicitur, vt qui ibi aliquid commiserit, capite puniatur. Sacratas leges esse Sex. Pompeius dicit, quibus sancitum erat, vt si quis aduersus eas fecisset, sacer alicui Deorum esset. Habes dicere) Hoc dicendi genere alias vsum fuisse Ciceronem alio loco scripsimus.

Sacrosactũ.

Sanctũ quid sit.

Obtestatio
Detestatio
Sanctionẽ sacrare.

Scipionũ laus.

De quibus etiam si latum esset, ne quem ciuem reciperemus, tamen id esset, quod populus postea iussisset, ratum, neque quicq̃ illis verbis si quid sacrosanctum esset, esse exceptum videretur. De his cum populus Ro. nihil vnq̃ iusserit, quicq̃ audes dicere sacrosanctũ fuisse? Nec vero hęc oratio mea ad infirmandum fœdus Gaditanorum Iud. pertinet. neque enim est meum contra ius optime meritæ ciuitatis, contra opinionem vetustatis, contra auctoritatẽ Senatus dicere. Duris enim quondam temporibus Reipub. nostræ, cum præpotens terra mariq; Carthago nixa duabus Hispaniis huic imperio immineret: & cum duo fulmina nostri imperii subito in Hispania Cn. & P. Scipiones extincti occidissent: L. Martius primipili Centurio cum Gaditanis fœdus icisse dicitur. Quod cum magis fide illius populi, iustitia vestra, vetustate denique ipsa, q̃ aliquo publico vinculo religionis teneretur, sapientes homines & publici iuris periti Gaditani M. Lepido, Q. Catulo COSS. a Senatu de fœdere postulauerunt. tum est cum Gaditanis fœdus vel renouatum, vel ictum. de quo fœdere populus Rom. sententiam non tulit, qui iniussu suo nullo pacto potest religiõe obligari. Ita Gaditana ciuitas, quod beneficiis suis erga Rempub. nostram consequi potuit, quod Imperatorum testimoniis, quod vetustate, quod Q. Catuli summi viri auctoritate, quod iudicio Senatus, quod fœdere, consecuta est.

Duo fulmina belli Scipiadæ. Icere fœd⁹.

Quod populus Rom. postea) Legibus enim posterioribus superiores aliquando tolluntur. Vt si excepisset populus Rom. fœdere Gaditano, ne quis Gaditanus fieret ciuis Romanus. Id postea ratum non esset lege Gellia & Cornelia, qua populus Rom. iussit, vt ciues Romani essent ii,

quos Cn.Pompeius de consilii sententia singillatim ciuitate donauerit. Iussisset)id est suffragio suo probasset. Inde postea iniussu dicit, pro eo quod est nullo lato suffragio. Iubere enim populus Rom.dicitur, vt Senatus censere. vt alibi diximus. Illis verbis)legis Gelliæ. Si quid sacrosanctum esset)in fœdere scilicet. De his) Gaditanis. Nec vero oratio mea) Quum neget populi Rom. iussu Gaditanis fœdus sancitum fuisse, ne quis existimet id Ciceronem dicere ad hoc fœdus infirmandum, ipse purgat. Et speciali narratione eaque breui ostendit id fœdus iniussu populi Rom. factum esse, ideoque sacrosanctum non esse. Duris temporibus)Nam anno secundi belli Punici.viii.id factum est, de quo T.Liuius libro.xxv.scribit fusius. Duabus Hispaniis)Vlteriore & citeriore. Duo fulmina)Vt in Paradoxis. Quid duo propugnacula belli Punici Cn.& P.Scipiones, qui Carthaginensium aduentum corporibus suis intercludendum putauerunt? Virgilius in libro Aen.vi. Aut geminos duo fulmina belli Scipiadas, cladem Libye. Quo in loco sunt qui velint intelligi duos Africanos. Vt Scipionem Maiorem Lucretius libro tertio appellat Scipiaden. Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror Ossa dedit terræ perinde ac famul improbus esset. Primipili Centurio)Centuria peditum est. Centum pedites qui sub vno vexillo gubernat, Centurio appellatur. Sed aliud erat primipili Cẽturio. Vetus enim consuetudo tenuit, vt ex primo principe legionis promoueretur Cẽturio primipili, qui non solum Aquilæ præerat, verum etiam quatuor centurias, hoc est quadringentos milites in prima acie gubernabat. Hic tanquam caput totius legionis merita consequebatur & præmia, vt est apud Vegetium de re militari libro secundo. In acie vnusquisque ordo tres partes habebat. Earum vnamquanque primumpilum vocabant, vt ait T.Liuius libro.viii. Est igitur primipili Centurio, qui est primæ legionis. Idem scribit libro septimo, vti primus Cẽturio sit, quem ætate sua primipilum appellabant. Religionis)id est iurisiurandi, quod in sanciendo fœdere interponi solet. M.Lepido, Q. Catulo Coss.) His Coss. bellum Sertorianum in Hispania cœpisse Eutropius libro.vi.scribit. Id bellum causa fortasse fuit a Senatu de fœdere postulandi. Mortuo Sylla inter hos Coss. excitatum fuisse bellum ciuile T.Liuius scribit libro.xc. Renouatum)si fœdus erat, quod L.Martius fecerat, vel ictum, si id non erat. Sententiam non tulit)Hic attende populum Rom.dici ferre sententiam, & sententiam pro suffragio dici. Ita Gaditana ciuitas) Ordo est. Gaditana ciuitas consecuta est quod beneficiis suis erga Rempub.nostram, quod Imperatorum testimoniis &c.consequi potuit. Quod vetustate) A fœdere L.Martii cum Gaditanis ad Coss. Catulum & Lepidum anni plus centum fuerunt.

Fulmina imperii.

Cẽturia & Centurio.

Primipili Centurio.

Ferre sententiam.

Quod publica religione sanciri potuit id abest. populus enim se nusquam obligauit. Neque ideo est Gaditanorum causa deterior. grauissimis enim & pluribus rebus est fulta. sed isti disputationi certe nihil est loci. Sacrosanctum enim nihil potest esse, nisi quod per populum plebemve sancitũ est. Q̃ si hoc fœdus, quod populus Rom. auctore Senatu, commendatione & iudicio vetustatis, voluntate & sententiis suis comprobat, idem suffragiis comprobasset: quid erat cur ex ipso fœdere Gaditanum in ciuitatem nostram recipi non liceret? Nihil est enim aliud in fœdere, nisi vt pia & ęterna pax sit. quid id ad ciuitatem? Adiunctum illud etiam est, quod non est in omnibus fœderibus: maiestatem populi Rom. comiter conseruent. Id habet hanc vim, vt sit ille in fœdere inferior. Primum verbi genus hoc

Cõseruare. conseruandi, quo magis in legibus quàm in fœderibus vti solemus, imperantis est, non precantis. Deinde cum alterius populi maiestas seruari iubetur, de altero siletur, certe ille populus in superiori conditione causaque ponitur, cuius maiestas fœderis sanctione defenditur. In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat: comiter esse communiter: quasi vero priscum aliquod aut insolitum

Comes qui sint. verbum interpretaretur. Comes, benigni, faciles suaues, homines esse dicuntur. Qui erranti comiter monstrat viam, benigne, non grauate, comiter quidem certe non communiter conuenit. & simul absurda res est, caueri fœdere, vt maiestatem populi Rom. communiter conseruent, id est vt populus Romanus suam maiestatem esse saluam velit. Quod si iam ita esset,

vt esse non potest, tamen de nostra maiestate, nihil de illorum caueretur.

Isti disputationi)vt ostendam Gaditanorum causam grauissimis & pluribus rebus fultam. Adiunctum illud etiam est) In foederibus nonnullus adiungi aliquando, vt is populus alterius populi maiestatem comiter conseruet, testis est Proculus Iurisconsultus libro Digestorum. xlix. De captiuis & postliminio reuersis. Liber populus, inquit, est is qui nullius alterius populi potestati subiectus est, siue is foederatus est, siue non foederatus est. Item siue aequo foedere in amicitiam obuenit, siue foedere comprehensum est, vt is populus alterius populi maiestatem comiter conseruet. Hoc enim adiicitur, vt intelligatur alterum populum superiorem esse, non vt intelligatur alterum non esse liberum. Et quemadmodū clientes nostros intelligimus liberos esse, etiam si neque authoritate, neque dignitate, neque iure omni nobis pares sunt, sic & eos qui maiestatem nostram comiter conseruare debent, liberos esse intelligendum est. Quod non in omnibus) Id enim non adiungitur, quum aequo foedere aliquis populus in amicitiam obuenit. Hanc vim) id est hanc sententiam, hunc intellectum. Ille populus, qui maiestatem populi Rom. conseruet. Comiter maiestatē cōseruare.

Verbi genus hoc conseruandi) id est hoc verbum conseruare. De altero siletur) id est in foedere non adiungitur vt populus Rom. alterius populi maiestatem conseruet. Priscum verbum) id est antiquissimum, & ab vltimis iam repetitum temporibus, qualia sunt apud Quintilianum libro primo toper, antigerio, & procapis & saliorum carmina vix sacerdotibus suis satis intellecta. Qualia item multa sunt apud Sex. Pompeium, qui idem scribit latinos priscos proprie appellatos esse eos, qui priusquam conderetur Roma fuerunt. Comes benigni &c) Ordo est. Homines benigni faciles suaues dicuntur esse comes. Qui erranti comiter monstrat viam) Ennianum est. In primo de Officiis illos versus Ennii inuenire licet. Homo qui erranti comiter monstrat viam, Quasi de suo lumine lumē accendat, facit Vt nihilominus sibi luceat, quum accenderit Authore M. Varrone de lingua latina apud Ennium est. Si voles aduortere animum, comiter monstrabitur. Comiter, inquit Varro, hilare ac libenter, cuius origo graece κῶμος. Id est, vt populus Rom. Nam si comiter pro communiter dictum esset in eo, maiestatem pop. Rom. comiter conseruent, ea esset sententia, vt Gaditani cum Romanis populi Rom. maiestatem communiter conseruent, & ita foedere cautum esset, vt maiestatem suam pop. Rom. conseruaret. Si iam ita esset) id est si comiter pro communiter diceretur. Comiter.

Poteſt ne igitur noſtra maieſtas Gaditanis beni-gne conſeruari, ſi ad eam retinendam Gaditanos pręmiis elicere non poſſumus? Poteſt eſſe vlla denique maieſtas, ſi impedimur, quo minus per populum Ro. beneficiorum virtutis cauſa tribuendorum poteſtatem Imperatoribus noſtris deferamus? Sed quid ego diſputo, quæ mihi tum, ſi Gaditani contra me dicerent, vere poſſe dici viderentur? Illis enim repetentibus L. Cornelium, reſponderem † legem populum Rom. iuſſiſſe de ciuitate tribuenda: hoc genere legum fundos populos fieri non ſolere: Cn. Pompeium de conſilii ſententia ciuitatem huic dediſſe: nullum populi noſtri iuſſum Gaditanos habere. Itaque nihil eſſe ſacroſanctum, quod lege exceptum videretur. ſi eſſet, tamen in fœdere nihil eſſe cautum pręter pacem. Additum etiam eſſe illud, vt maieſtatem illi noſtram ſeruare deberent. quæ certe minueretur, ſi aut adiutoribus illorum ciuibus vti in bellis nobis non liceret, aut præmii tribuendi poteſtatem nullam haberemus. Nunc vero quid ego contra Gaditanos loquar? cum id quod defendo, voluntate eorum, auctoritate, legatione ipſa comprobetur? qui a principio ſui generis ac reipub. ab omni ſtudio ſenſuque Pœnorum mentes ſuas ad noſtrum imperium nomenque flexerunt. qui, cum maxima bella nobis inferrentur, mœnibus excluſerunt: claſſibus inſecuti ſunt: corporibus, copiis, opibus depulerunt: qui & veterem illam ſpeciem fœderis Martiani, ſemper omni ſanctiorem Marte duxerunt: & hoc fœdere Catuli Senatusque auctoritate

† ege

ſe nobiſcum coniunctiſſimos eſſe arbitrati ſunt. quorum mœnia, delubra, agros, vt ipſe Hercules itinerum ac laborum ſuorum, ſic maiores noſtri imperii ac nominis populi Romani, terminos eſſe voluerunt. Teſtantur & mortuos noſtros Imperatores; quorum viuit immortalis memoria & gloria, Scipiones, Brutos, Horatios, Caſſios, Metellos, & hunc præſentem Cn. Pompeium. Herculis metæ.

Poteſt ne igitur) Probat Cicero Gaditanos po. Rom. dignitatem comiter conſeruare non poſſe, ſi Romana ciuitate excludantur. Gaditanos conſeruari) id eſt a Gaditanis. Benigne) id eſt comiter. Præmiis) id eſt donatione ciuitatis. Poteſt eſſe vlla denique maieſtas). Eſt autem maieſtas quædam magnitudo populi Rom. in eius poteſtate ac iure retinendo. vt ait Cicero in partitionibus Oratoriis. Maieſtas quæ ſit. Si impedimur) iam poteſtas non retinetur, itaque maieſtas non eſt. Per pop. Rom.) cuius ex ſententia lex Gellia & Cornelia lata eſt. Beneficiorum tribuendorum) id eſt donandæ ciuitatis. Si Gaditani contra me dicerent) id eſt ſi in foro Cornelium ciuem ſuum Gaditani repeterent, ego contra dicerem, eum ciuem noſtrum eſſe. Eſt autem argumentum a fictione, in quo Cicero per capita repetit artificioſe quæ dicta ſunt. Legem po. Rom. iuſſiſſe) De lege Gellia & Cornelia intelligit. In codice antiquius impreſſo lege non legem ſcriptum eſt. Hoc genere legum) Antea enim dixit Cicero, Maiores noſtri de noſtra Repub. de noſtro Imperio, de noſtris bellis, de victoria, de ſalute fundos populos fieri noluerunt. Legatione ipſa) Significat Legatos a Gaditanis publicę miſſos, qui pro Cornelii ſalute deprecarentur Iudices. A principio ſui generis ac Reipub.) id eſt a fundatione vrbis.

Senſu que Pœnorum) Nunquam enim cum Pœnis ſentire voluerunt.

Maxima bella) Punica. Mœnibus excluſerunt) id eſt in vrbem ſuã non receperunt. Itinerum) Hercules peragrata maiori parte Africæ ad oceanum, qui eſt ad Gades, peruenit: Ibique ab vtraque continentis parte columnis poſitis in Hiſpaniam cum exercitu tranſiit. Author eſt Diodorus Siculus libro quinto. Vbi de his columnis plura legere licet. Pomponius Mela libro primo montes eſſe prealtos dicit, eum qui in Africa eſt Abylam, qui in Hiſpania Calpen appellat. Seruius libro commentariorum in Aen. xi. Herculem in Hiſpania & in Põto columnas poſuiſſe dicit. Herculis columnæ.

quem procul ab eorum mœnibus acre & magnum bellum gerentem commeatu pecuniaque iuuerunt. & hoc tempore ipso populum Rom. quem in caritate annonæ vt sæpe ante fecerant, frumento ſuppeditato leuauerunt: ſe hoc ius eſſe velle, vt ſibi & liberis, ſi qui eximia virtute fuerint, ſiue in noſtris caſtris, ſiue in Imperatorum prætoriis, ſiue denique inter ſigna atque in acie, locus ſit: his gradibus aſcenſus eſſet ad ciuitatem. Q. ſi Aphris, ſi Sardis, ſi Hiſpanis agris ſtipendioque mulctatis virtute adipiſci licet ciuitatem: Gaditanis autem officiis, vetuſtate, fide, periculis, fœdere coniunctis hoc idem non licebit, non fœdus ſibi nobiſcum, ſed iniquiſſimas leges impoſitas a nobis eſſe arbitrabuntur. Atque hanc Iud. non a me fingi orationem, ſed me dicere quę Gaditani iudicarint, res ipſa declarat. hoſpitium multis annis ante hoc tempus, cum L. Cornelio Gaditanos feciſſe, publice dico, proferam teſtes, proferam legatos, excitabo laudatores. ad hoc iudicium ſummos homines ac nobiliſſimos deprecatores huius periculi miſſos videtis. re denique multo ante Gadibus iam audita, fore huic vt ab illo periculum crearetur, grauiſſima tū in iſtum ciuem ſuum Gaditani Senatus cōſulta fecerūt.

Teſtari. Teſtantur) id eſt teſtes vocant. Vt pro L. Flacco, Hic ego iudices, ſi vos Aemonenſium decretis, ſi cæterorum Phrygum literis permoueri putarem, vociferarer, & quantum maxime poſſem contenderem, teſtarer publicanos, excitarem negociatores &c. Scipiones Brutos) Significat hos in Hiſpania imperium habuiſſe. Scipio maior natus annos. xxiiii. cum imperio Conſulari in Hiſpaniam miſſus eſt. Scipio minor Conſul cum Numantinis bellum geſſit. Brutos) Iunius Brutus Coſs. in Hiſpania iis qui ſub Viriato militauerant, agros oppidūq; dedit, quod Valentia vocatū eſt, vt ait T. Liuius libro. lv. Horatium & Caſſium ibi habuiſſe imperium nō

legi Metellus Pius cum Sertorio in Hispania pugnauit. Acre & magnum bellum gerentem) cum Sertorio. Acre bellum, vt acerrima prælia ante dixit. Commeatu pecuniaque) Cn. Pompeius a Gaditanis commeatus pecuniaque tum adiutus est. vt conijcere licet, quum ad Senatum scripsit, nisi pecuniam mitteret, relicta Hispania & Sertorio omnes in Italiam copias se reducturum. Lucullus, vt quamprimum ei mitterentur effecit, ne vlla penitus occasione Pompeius se Consule Romam rediret, ne ad bellum Mithridaticum mitteretur. Vt est apud Plutarchum in Luculli vita. Se hoc ius esse velle) Ordo est. Testantur Imperatores nostros se hoc ius esse velle, vt sibi & liberis &c. ascensus esset ad ciuitatem. Est autem longiuscula oratio quali non sæpe vtitur Cicero. Se hoc ius esse velle) Hic velle cupientis est non imperantis. Vt ostendat Gaditanos cupere aditum sibi patere ad Romanam ciuitatem, quum res fortiter gessissent. Fuerint) ibi futuri temporis est. in Imperatorum prætoriis. Prætorium esse Imperatoris tabernaculum. & Prætoriam cohortem ex viris fortissimis delectam, quæ ab Imperatore non discedat scripsimus in Inuectiuã tertiam. In Imperatorum prætoriis, id est in cohorte Imperatoria. Signa Ro.

Inter signa) Signorum tria apud Romanos genera erant Aquila dracones & vexilla. Aquilæ legionis, dracones cohortium, & vexilla centuriarum. Vt apud Vegetium latius legere possis. Locus) id est dignitas

Agris stipendioque mulctatis) id est a nobis deuictis. Virtute) id est fortitudine, & vt ita dicam strenuitate. Iniquissimas leges) Leges & conditiones sæpe appellari inuenias, quos articulos pacis vulgo appellant.

Iudicarint) id est voluerint & decreuerint. Hospitium) Gaditani cum L. Cornelio hospitium publice fecerunt. Id non fecissent, nisi eum ciuem Romanum esse iudicassent. Laudatores) id est Legatos a Gaditanis publice missos cum Cornelij laudatione. Id fieri solitum alibi scripsimus. Reũ laudare.
Sed postea Cn. Pompeius in tertio Consulatu huiusmodi laudationes & reorum commendationes in iudiciis lata lege fieri vetuit. Contra quam legem idem postea Munacium Plancum commendauit. Deprecatores huius periculi) id est qui deprecentur periculum huius Cornelii, id est qui deprecentur ne Cornelius damnetur. Re denique) Hanc Cornelii accusationem populo Gaditano ingratam fuisse dicit, vt inde probet ex Gaditanorum voluntate Cornelium factum esse ciuem Romanum. Multo ante) multo ante quam Cornelius in iudicium vocaretur. Hinc vt ab illo periculum crearetur) id est vt Cornelius ab hoc accusatore in iudicium vocaretur, vel vt Cornelii accusator ab eo, qui iam accusat, pararetur & instrueretur Creare periculum aliis quoque locis a Cicerone dictum fuisse pro Sex. Roscio scripsimus. In istum) accusatorem, qui tum ciuis Gaditanus erat. Gaditani Senatus conuicia) Legendum est aut Gaditanus Senatus conuicia, aut Gaditani Senatusconsulta fecerunt. Quæ lectio mihi videtur melior.

ſam nihil pertinet,(de ciuitatis enim iure non de fœde ribus diſceptamus)quid eſt, quamobrem ciui Gaditano in hanc ciuitatem venire non liceat? Equidem longe ſecus ſentio. Nam cum ex omnibus ciuitatibus via ſit in noſtram: cumque noſtris ciuibus pateat iter ad cæteras ciuitates: tum vero vt quæq; nobiſcum maxime ſocietate, amicitia, ſponſione, pactione, fœdere coniuncta eſt: ita mihi maxime communionem beneficiorum, præmiorum, ciuitatis, continere videretur. Solũ vertere.

Superiori memoria) id eſt tempore præterito. Indemnati) Indemnati dicuntur ii qui cauſam non dixerunt id eſt qui in iudicium vocati non ſunt, etiam ſi pœnas iniuſte dederunt. Vt in oratione pro domo ſua, Quo iure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite ciuis indemnati tuliſti? Itemque, Quis me vnquam vlla lege interrogauit, quis poſtulauit, quis diem dixit? Poteſt igitur damnati pœnam ſuſtinere indemnatus. Eadem in re incolumis dicitur ab eodem eodem in loco. Nihil erat latum de me, non adeſſe eram iuſſus, non citatus affueram, eram etiam tuo iudicio ciuis incolumis. His rebus relictis) id eſt relicta Romana ciuitate. Q; ſi ciui Gaditano) Argumentum ex conſequentibus eſt. Ciui Rom. Licet eſſe Gaditanum) Vt libro epiſtolarum ad Atticum. ix. Impetrabis, inquis, a Cæſare, vt tibi abeſſe liceat, & eſſe ocioſum. Aliter pro C. Rabirio Poſthumo. Aut pallium ſumendum Alexandriæ, vt & Romæ togato eſſe liceret, aut omnes fortunæ abiiciendæ, ſi togam retinuiſſet. Et pro L. Flacco, Liceat iis, qui hæc ſalua eſſe voluerunt, ipſis eſſe ſaluis.

Indemnati

Incolumis

Licet mihi eſſe ocioſũ & ocioſo.

Reiectione huius ciuitatis) id eſt dicatione in aliam ciuitatem. Tum enim Romana reiicitur & relinquitur. Vt iam ad fœdera veniam) Hæc eſt ſecunda pars in partitione propoſita. Longe ſecus ſentio) quàm accuſator. Sentio enim licere ciui Gaditano in hanc ciuitatem venire. Via ſit in noſtram) id eſt ciues Romani fieri poſſint. Sponſione) Hæc ſponſio quæ ſit, legere non memini. Niſi ea ſit, qua ſocietatem & amicitiam ſpõdeant ciuitates hæ, quæ nullo antea vinculo coniunctæ erant.

Cuiusuis)id est alterius quæcunq; sit. Certa tribu)Quum quis ciuitate Romana donabatur,ei certa tribus assignabatur.Eum morem Athenis fuisse significat.

Atqui cæteræ ciuitates omnes nõ dubitarent nostros recipere in suas ciuitates,si idem nos iuris haberemus, quod cæteri.sed nos non possumus & huius esse ciuitatis & cuiusuis preterea.cæteris concessum est.Itaque in Græcis ciuitatibus videmus,Athenis Rhodios,Lacedæmonios,cæteros vndiq; ascribi,multarumq; esse eosdem homines ciuitatum. Quo errore ductos vidi egomet nonnullos imperitos homines nostros ciues, Athenis in numero iudicum atq; Areopagitarum,certa tribu,certo numero,cum ignorarẽt,si illã ciuitatem essent adepti,hanc se perdidisse,nisi postliminio recuperassent. Peritus vero nostri iuris ac moris nemo,vnq̃ qui hanc ciuitatem retinere vellet,in aliam ciuitatem se dicauit. Sed hic totus locus disputationis atq; orationis meæ Iudices pertinet ad commune ius mutandarum ciuitatũ: nihil habet,quod sit proprium religionis ac fœderum. Defendo enim rem vniuersam:nullam esse gentem ex omni regione terrarum,neq; tam dissidentem a populo Rom.odio quodam atq; dissidio,neq; tam fide beneuolentiaq; coniunctam:ex qua nobis interdictum sit,vt ne adsciscere ciuem,aut ciuitate donare possimus. O iura præclara, atque diuinitus iam a principio Romani nominis a maioribus nostris comparata,ne quis nostrum plusq̃ vnius ciuitatis esse possit (dissimilitudo enim ciuitatum varietatem iuris habeat,necesse est) ne quis inuitus ciuitate mutetur,neve in ciuitate maneat inuitus. Hæc sunt enim fundamẽta firmissima nostræ libertatis,

Areopagitæ.

ſui quenque iuris & dimittendi & retinendi eſſe dominum. Illud vero ſine vlla dubitatione maxime noſtrum fundauit imperium & populi Ro. nomen auxit, q̄ princeps ille creator huius vrbis Romulus fœdere Sabino docuit, etiam hoſtibus recipiendis augeri hanc ciuitatem oportere. cuius auctoritate & exemplo nunq̄ eſt intermiſſa a maioribus noſtris largitio & communicatio ciuitatis. Itaque & ex Latio multi & Tuſculani & Lanuuini & ex cæteris generibus gentes vniuerſæ in ciuitatem ſunt receptę, vt Sabinorum, Volſcorum, Hernicorum: quibus ex ciuitatibus nec coacti eſſent ciuitatē mutare, ſi qui noluiſſent: nec ſi qui eſſent ciuitatem noſtrā beneficio populi Rom. conſecuti, violatum fœdus eorum videretur.

Creator vrbis Romulus.

Certo numero) id eſt certo ordine, aut certo ordinis numero. Nonnulli enim ordines ſunt, in quibus certus eſt hominum numerus. Vt libro Digeſtorum quinquageſimo de decurionibus Vlpianus, Si numerus ordinis plenus ſit, expectare eum oportet, donec alius loc⁹ vacet. Hanc) id eſt Romanam. Poſtliminio) Aut poſtliminiū ex quadam ſimilitudine dicit. Vt enim captus ab hoſte, in eiusq; præſidia deductus amittit ciuitatem: ſi vero ad ſuos redeat, ciuitatem recuperat, ita ciuis Ro. in aliam ciuitatem aſcitus Romanam amittit. ſi vero ea reiecta Romam redeat, Romanam ciuitatem recuperat. Aut re vera poſtliminium eſt redeuntis Romam vt ex caſtris hoſtium, ita ex aliena ciuitate. In aliam ciuitatem ſe dicauit) Antea dixit, Qui ſe alii ciuitati dicarit. Inde attende dici in ciuitatem ſe, & ciuitati dicare. Ad commune ius) Non Romanorum ſolum, ſed etiam aliarum ciuitatum. Religionis) id eſt Iuriſiurandi, quod in ſanciendo fœdere interponi ſolet. O mira, præclara) In codicibus aliis, O iura præclara ſcriptum eſt, nec poſtea ibi ratio ſcribitur. A maioribus noſtris ratio comparata. Fœdere Sabino) Id quod fuerit, vulgatius eſt, quam vt hoc loco ſcribi poſtulet. Etiam hoſtibus) id eſt non ſolum ſociis, amicis, fœderatis, ſed etiam hoſtibus. Ex Latio) id eſt Latini. Tuſculani) vt T. Coruncanus & Cato Maior. Lanuuini) vt Milo. Generibus) id eſt nationibus. Vt quum Romanorum genus dicimus. A genere autem gentem appellatam eſſe nonnulli putant. Sabinorum) gens ſcilicet.

Dicare ſe i ciuitatē & ciuitati.

Etenim quædam fœdera extant, vt Germanorum, Insubrium, Heluetiorum, Iapidum, nonnullorum item ex Gallia barbarorum: quorum in fœderibus exceptũ est, ne quis a nobis ciuis recipiatur. quod si exceptio facit, ne liceat ibi, necesse est licere. Vbi est igitur exceptum fœdere Gaditano, ne quem P. Romanus Gaditanum recipiat ciuitate? nusquam. ac sicubi esset, lex id Gellia & Cornelia, quæ definitam potestatem Pompeio ciuitatem donandi dederat, sustulisset. Exceptum est inquit: fœdus siquidem sacrosanctum est. ignosco tibi, si neque Pœnorum iura calles: reliqueras enim ciuitatem tuam: neque nostras potuisti leges inspicere: ipsæ enim te a cognitione sui iudicio publico repulerunt. Quid fuit in rogatione ea quę de Pompeio a Gellio & a Lentulo COSS. lata est, in qua aliquid sacrosanctum videretur? Primum enim sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod populus plebs ve sanxisset. Deinde sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, aut obtestatione & consecratione legis, aut pœnæ, cum caput eius qui contra facit, consecratur. Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiusmodi: vtrum a capitis consecratione, an obtestatione legis sacrosanctum esse confirmas? Nihil omnino vnq̃ de isto fœdere ad populum, nihil ad plebem latum esse dico: neq; legem, neq; pœnam latam esse.

Sacrosãctũ. Sanctiões.

Iapidum) Iapidia Regio in Venetia est ad fluuium Timauum, vt est apud Plinium libro tertio. Inde Iapides appellati sunt. Necesse est licere) vt non liceat, vel vt non donetur ciuitate. Quid si legis, non licere? Sed malim sic legere & distingere, vt sit sensus, Q. si exceptio facit ne liceat ibi, vbi per exceptionem cautum est ne liceat quenq̃ ciuium illorum recipere in ciuitatem Romanam, necesse est licere scilicet Romanis recipe-

re ciuem ex ciuitatibus alienis, a quib⁹ id exceptum in fœdere & pactionibus non est: quia si non liceret etiam si non caueretur, frustra fieret talis exceptio, & ideo subdit: vbi est igitur exceptum fœdere Gaditano, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat? Respondet negatiue, vt figurata interrogatio expostulat: nusquam, scilicet exceptum est: & ita si ne controuersia licet populo Romano recipere ciuem Gaditanum in ciuitatem suam, sicut Pompeius Cornelium Balbum recepit. Ac, quod multo fortius est, sicubi sup. esset exceptum, lex id Gellia & Cornelia, quæ definitam potestatem Pompeio ciuitatem donandi dederat, sustulisset &c. Id) quod exceptum esset, sicubi esset. Definitam) id est præscriptam, & vt vulgo dicunt, limitatam. Ea enim lege definitum erat, vt nemo donatus ciuitate a Pompeio ciuis esset, nisi de consilii sententia & singillatim Pompeius donasset. Neque Pœnorum iura calles) Significat hunc accusatorem genere Pœnum fuisse, sed relicta ciuitate ciuem Romanum factum esse. Ipse enim te a cognitione sua) Hunc accusatorem iudicio publico damnatum fuisse, ac postea restitutum significat. Alioqui enim ei accusare non liceret. Ad exulem enim lex nulla pertinet, Vt ait Quintilianus libro. vii. Sacrosanctum nihil esse potest) Sacrosanctum dicebatur quod iureiurando interposito erat institutum, vt si quis id violasset, morte pœnas penderet, cuius generis sunt Tribunus plæbis, & Aediles plebeii. Author est Sex. Pompeius. T. Liuius libro tertio latam fuisse legem dicit, vt qui Tribunis pl. Aedilibus, Iudicibus, Decemuiris nocuisset, eius caput Ioui sacrum esset, familię in ædē Cereris Liberi Liberęque venum irent. Populus) id est patritii & plebs. Sanctiones) legum aut fœderum. Aut genere ipso) Leges enim sanctione quadam confirmatæ sunt, inde leges sanctæ dicuntur. Sanctum autem est quod ab hominum iniuria defensum atque munitum est. Authores sunt Martianus & Vlpianus libro Digestorum primo, de Rerum diuisione. Obtestatione) Obtestatio est quum deus testis in meliorem partem vocatur: detestatio, quum in deteriorem. vt ait Sex. Pompeius. Aut pœnæ) Arbitror legendum esse aut pœna, Vt sint tria genera sanctionum sacrandarum, vnum sit genere ipso, alterum obtestatione & consecratione legis, tertium pœna. quum caput eius qui contra facit, consecratur. Authore Vlpiano de rerum diuisione, in sanctionibus interdum adiicitur, vt qui ibi aliquid commiserit, capite puniatur. Sacratas leges esse Sex. Pompeius dicit, quibus sancitum erat, vt si quis aduersus eas fecisset, sacer alicui Deorum esset. Habes dicere) Hoc dicendi genere alias vsum fuisse Ciceronem alio loco scripsimus.

Sacrosāctū.

Sanctum quid sit.

Obtestatio Detestatio Sanctionē sacrare.

Scipionū laus.

De quibus etiam si latum esset, ne quem ciuem reciperemus, tamen id esset, quod populus postea iussisset, ratum, neque quicq̃ illis verbis si quid sacrosanctum esset, esse exceptum videretur. De his cum populus Ro. nihil vnq̃ iusserit, quicq̃ audes dicere sacrosanctũ fuisse? Nec vero hęc oratio mea ad infirmandum fœdus Gaditanorum Iud. pertinet. neque enim est meum contra ius optime meritæ ciuitatis, contra opinionem vetustatis, contra auctoritatẽ Senatus dicere. Duris enim quondam temporibus Reipub. nostræ, cum præpotens terra mariq́; Carthago nixa duabus Hispaniis huic imperio immineret: & cum duo fulmina nostri imperii subito in Hispania Cn. & P. Scipiones extincti occidissent: L. Martius primipili Centurio cum Gaditanis fœdus icisse dicitur. Quod cum magis fide illius populi, iustitia vestra, vetustate denique ipsa, q̃ aliquo publico vinculo religionis teneretur, sapientes homines & publici iuris periti Gaditani M. Lepido, Q. Catulo COSS. a Senatu de fœdere postulauerunt. tum est cum Gaditanis fœdus vel renouatum, vel ictum. de quo fœdere populus Rom. sententiam non tulit, qui iniussu suo nullo pacto potest religiõe obligari. Ita Gaditana ciuitas, quod beneficiis suis erga Rempub. nostram consequi potuit, quod Imperatorum testimoniis, quod vetustate, quod Q. Catuli summi viri auctoritate, quod iudicio Senatus, quod fœdere, consecuta est.

Duo fulmina belli Scipiadæ.
Icere foed⁹.

Quod populus Rom. postea) Legibus enim posterioribus superiores aliquando tolluntur. Vt si excepisset populus Rom. fœdere Gaditano, ne quis Gaditanus fieret ciuis Romanus. Id postea ratum non esset lege Gellia & Cornelia qua populus Rom. iussit, vt ciues Romani essent ii,

quos Cn. Pompeius de consilii sententia singillatim ciuitate donauerit. Iussisset)id est suffragio suo probasset. Inde postea iniussu dicit, pro eo quod est nullo lato suffragio. Iubere enim populus Rom. dicitur, vt Senatus censere. vt alibi diximus. Illis verbis)legis Gelliæ. Si quid sacrosanctum esset)in fœdere scilicet. De his) Gaditanis. Nec vero oratio mea) Quum neget populi Rom. iussu Gaditanis fœdus sancitum fuisse, ne quis existimet id Ciceronem dicere ad hoc fœdus infirmandum, ipse purgat. Et speciali narratione eaque breui ostendit id fœdus iniussu populi Rom. factum esse, ideoque sacrosanctum non esse. Duris temporibus)Nam anno secundi belli Punici. viii. id factum est, de quo T. Liuius libro. xxv. scribit fusius. Duabus Hispaniis)Vlteriore & citeriore. Duo fulmina)Vt in Paradoxis. Quid duo propugnacula belli Punici Cn. & P. Scipiones, qui Carthaginensium aduentum corporibus suis intercludendum putauerunt? Virgilius in libro Aen. vi. Aut geminos duo fulmina belli Scipiadas, cladem Libye. Quo in loco sunt qui velint intelligi duos Africanos. Vt Scipionem Maiorem Lucretius libro tertio appellat Scipiaden. Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror Ossa dedit terræ perinde ac famul improbus esset. Primipili Centurio)Centuria peditum est. Centum pedites qui sub vno vexillo gubernat, Centurio appellatur. Sed aliud erat primipili Cēturio. Vetus enim consuetudo tenuit, vt ex primo principe legionis, promoueretur Cēturio primipili, qui non solum Aquilæ præerat, verum etiam quatuor centurias, hoc est quadringentos milites in prima acie gubernabat. Hic tanquam caput totius legionis merita consequebatur & præmia, vt est apud Vegetium de re militari libro secundo. In acie vnusquisque ordo tres partes habebat. Earum vnamquanque primumpilum vocabant, vt ait T. Liuius libro. viii. Est igitur primipili Centurio, qui est primæ legionis. Idem scribit libro septimo, vti primus Cēturio sit, quem ætate sua primipilum appellabant. Religionis)id est iurisiurandi, quod in sanciendo fœdere interponi solet. M. Lepido, Q. Catulo Coss.) His Coss. bellum Sertorianum in Hispania cœpisse Eutropius libro. vi. scribit. Id bellum causa fortasse fuit a Senatu de fœdere postulandi, Mortuo Sylla inter hos Coss. excitatum fuisse bellum ciuile T. Liuius scribit libro. xc.

Fulmina imperii.

Cēturia & Centurio. Primipili Centurio.

Renouatum)si fœdus erat, quod L. Martius fecerat, vel ictum, si id non erat. Sententiam non tulit)Hic attende populum Rom. dici ferre sententiam, & sententiam pro suffragio dici. Ita Gaditana ciuitas) Ordo est. Gaditana ciuitas consecuta est quod beneficiis suis erga Rempub. nostram, quod Imperatorum testimoniis &c. consequi potuit. Quod vetustate) A fœdere L. Martii cum Gaditanis ad Coss. Catulum & Lepidum anni plus centum fuerunt.

Ferre sententiam.

Quod publica religione sanciri potuit id abest. populus enim se nusquam obligauit. Neque ideo est Gaditanorum causa deterior. grauissimis enim & pluribus rebus est fulta. sed isti disputationi certe nihil est loci. Sacrosanctum enim nihil potest esse, nisi quod per populum plebemve sancitũ est. Q̃ si hoc fœdus, quod populus Rom. auctore Senatu, commendatione & iudicio vetustatis, voluntate & sententiis suis comprobat, idem suffragiis comprobasset: quid erat cur ex ipso fœdere Gaditanum in ciuitatem nostram recipi non liceret? Nihil est enim aliud in fœdere, nisi vt pia & ęterna pax sit. quid id ad ciuitatem? Adiunctum illud etiam est, quod non est in omnibus fœderibus: maiestatem populi Rom. comiter conseruent. Id habet hanc vim, vt sit ille in fœdere inferior. Primum verbi genus hoc conseruandi, quo magis in legibus quàm in fœderibus vti solemus, imperantis est, non precantis. Deinde cum alterius populi maiestas seruari iubetur, de altero siletur, certe ille populus in superiori conditione causaque ponitur, cuius maiestas fœderis sanctione defenditur. In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat: comiter esse communiter: quasi vero priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur. Comes, benigni, faciles suaues, homines esse dicuntur. Qui erranti comiter monstrat viam, benigne, non grauate, comiter quidem certe non communiter conuenit. & simul absurda res est, caueri fœdere, vt maiestatem populi Rom. communiter conseruent, id est vt populus Romanus suam maiestatem esse saluam velit. Quod si iam ita esset,

Cõseruare.

Comes qui sint.

vt esse non potest, tamen de nostra maiestate, nihil de illorum caueretur.

Isti disputationi) vt ostendam Gaditanorum causam grauissimis & plu ribus rebus fultam. Adiunctum illud etiam est) In foederibus non nullus adiungi aliquando, vt is populus alterius populi maiestatem comi ter conseruet, testis est Proculus Iurisconsultus libro Digestorum. xlix. De captiuis & postliminio reuersis. Liber populus, inquit, est is qui nullius alterius populi potestati subiectus est, siue is foederatus est, siue non foederatus est. Item siue aequo foedere in amicitiam obuenit, siue foedere com prehensum est, vt is populus alterius populi maiestatem comiter conser uet. Hoc enim adiicitur, vt intelligatur alterum populum superiorem esse, non vt intelligatur alterum non esse liberum. Et quemadmodũ clientes nostros intelligimus liberos esse, etiam si neque authoritate, neque dignitate, neque iure omni nobis pares sunt, sic & eos qui maiestatem nostram comiter conseruare debent, liberos esse intelligendum est. Quod non in omnibus) Id enim non adiungitur, quum aequo foedere aliquis populus in amicitiam obuenit. Hanc vim) id est hanc sententiam, hunc intellectum. Ille populus, qui maiestatem populi Rom. conseruet. Comiter maiestatẽ cõseruare.

Verbi genus hoc conseruandi) id est hoc verbum conseruare. De altero siletur) id est in foedere non adiungitur vt populus Rom. alterius populi maiestatem conseruet. Priscum verbum) id est antiquissimum, & ab vltimis iam repetitum temporibus, qualia sunt apud Quintilianum libro primo toper, antigerio, & procapis & saliorum carmina vix sacerdotibus suis satis intellecta. Qualia item multa sunt apud Sex. Pompeium, qui idem scribit latinos priscos proprie appellatos esse eos, qui priusquam conderetur Roma fuerunt. Comes benigni &c.) Ordo est. Homines benigni faciles suaues dicuntur esse comes. Qui erranti comiter monstrat viam) Ennianum est. In primo de Officiis illos versus Ennii inuenire licet. Homo qui erranti comiter monstrat viam, Quasi de suo lumine lumẽ accendat, facit Vt nihilominus sibi luceat, quum accenderit Authore M. Varrone de lingua latina apud Ennium est. Si voles aduortere animum, comiter monstrabitur. Comiter, inquit Varro, hilare ac libenter, cuius origo graece κῶμος. Id est, vt populus Rom.) Nam si comiter pro communiter dictum esset in eo, maiestatem pop. Rom. comiter conseruent, ea esset sententia, vt Gaditani cum Romanis populi Rom. maiestatem communiter conseruent, & ita foedere cautum esset, vt maiestatem suam pop. Rom. conseruaret. Si iam ita esset) id est si comiter pro communiter diceretur. Comiter.

Poteſt ne igitur noſtra maieſtas Gaditanis benigne conſeruari, ſi ad eam retinendam Gaditanos pręmiis elicere non poſſumus? Poteſt eſſe vlla denique maieſtas, ſi impedimur, quo minus per populum Ro. beneficiorum virtutis cauſa tribuendorum poteſtatem Imperatoribus noſtris deferamus? Sed quid ego diſputo, quæ mihi tum, ſi Gaditani contra me dicerent, vere poſſe dici viderentur? Illis enim repetentibus L. Cornelium, reſponderem † legem populum Rom. iuſſiſſe de ciuitate tribuenda: hoc genere legum fundos populos fieri non ſolere: Cn. Pompeium de conſilii ſententia ciuitatem huic dediſſe: nullum populi noſtri iuſſum Gaditanos habere. Itaque nihil eſſe ſacroſanctum, quod lege exceptum videretur. ſi eſſet, tamen in fœdere nihil eſſe cautum pręter pacem. Additum etiam eſſe illud, vt maieſtatem illi noſtram ſeruare deberent. quæ certe minueretur, ſi aut adiutoribus illorum ciuibus vti in bellis nobis non liceret, aut præmii tribuendi poteſtatem nullam haberemus. Nunc vero quid ego contra Gaditanos loquar? cum id quod defendo, voluntate eorum, auctoritate, legatione ipſa comprobetur? qui a principio ſui generis ac reipub. ab omni ſtudio ſenſuque Pœnorum mentes ſuas ad noſtrum imperium nomenque flexerunt. qui, cum maxima bella nobis inferrentur, mœnibus excluſerunt: claſſibus inſecuti ſunt: corporibus, copiis, opibus depulerunt: qui & veterem illam ſpeciem fœderis Martiani, ſemper omni ſanctiorem Marte duxerunt: & hoc fœdere Catuli Senatusque auctoritate

† ege

se nobiscum coniunctissimos esse arbitrati sunt. quorum mœnia, delubra, agros, vt ipse Hercules itinerum ac laborum suorum, sic maiores nostri imperii ac nominis populi Romani, terminos esse voluerunt. Testantur & mortuos nostros Imperatores, quorum viuit immortalis memoria & gloria, Scipiones, Brutos, Horatios, Cassios, Metellos, & hunc præsentem Cn. Pompeium.

Herculis metæ.

Potest ne igitur) Probat Cicero Gaditanos po. Rom. dignitatem comiter conseruare non posse, si Romana ciuitate excludantur. Gaditanos conseruari) id est a Gaditanis. Benigne) id est comiter. Premiis) id est donatione ciuitatis. Potest esse vlla denique maiestas). Est autem maiestas quædam magnitudo populi Rom. in eius potestate ac iure retinendo. vt ait Cicero in partitionibus Oratoriis. Si impedimur) iam potestas non retinetur, itaque maiestas non est. Per pop. Rom.) cuius ex sententia lex Gellia & Cornelia lata est. Beneficiorum tribuendorum) id est donandę ciuitatis. Si Gaditani contra me dicerent) id est si in foro Cornelium ciuem suum Gaditani repeterent, ego contra dicerem, eum ciuem nostrum esse. Est autem argumentum a fictione, in quo Cicero per capita repetit artificiose quæ dicta sunt. Legem po. Rom. iussisse) De lege Gellia & Cornelia intelligit. In codice antiquius impresso lege non legem scriptum est. Hoc genere legum) Antea enim dixit Cicero, Maiores nostri de nostra Repub. de nostro Imperio, de nostris bellis, de victoria, de salute fundos populos fieri noluerunt. Legatione ipsa) Significat Legatos a Gaditanis publicę missos, qui pro Cornelii salute deprecarentur Iudices. A principio sui generis ac Reipub.) id est a fundatione vrbis.

Maiestas quæ sit.

Sensu que Pœnorum) Nunquam enim cum Pœnis sentire voluerunt.

Maxima bella) Punica. Mœnibus excluserunt) id est in vrbem suã non receperunt. Itinerum) Hercules peragrata maiori parte Africæ ad oceanum, qui est ad Gades, peruenit: Ibique ab vtraque continentis parte columnis positis in Hispaniam cum exercitu transiit. Author est Diodorus Siculus libro quinto. Vbi de his columnis plura legere licet. Pomponius Mela libro primo montes esse præaltos dicit, eum qui in Africa est Abylam, qui in Hispania Calpen appellat. Seruius libro commentariorum in Aen. xi. Herculem in Hispania & in Põto columnas posuisse dicit.

Herculis columnæ.

legi.Metellus Pius cum Sertorio in Hispania pugnauit. Acre & magnum bellum gerentem) cum Sertorio. Acre bellum, vt acerrima prælia ante dixit. Commeatu pecuniaque)Cn.Pompeius a Gaditanis commeatus pecuniaque tum adiutus est.vt coniicere licet,quum ad Senatum scripsit, nisi pecuniam mitteret,relicta Hispania & Sertorio omnes in Italiam copias se reducturum. Lucullus,vt quamprimum ei mitterentur effecit,ne vlla penitus occasione Pompeius se Consule Romam rediret,ne ad bellum Mithridaticum mitteretur. Vt est apud Plutarchum in Luculli vita. Se hoc ius esse velle) Ordo est.Testantur Imperatores nostros se hoc ius esse velle,vt sibi & liberis & ascensus esset ad ciuitatem. Est autem longiuscula oratio qua non sæpe vtitur Cicero. Se hoc ius esse velle) Hic velle cupientis est non imperantis. Vt ostendat Gaditanos cupere aditum sibi patere ad Romanam ciuitatem,quum res fortiter gessissent. Fuerint) ibi futuri temporis est.in Imperatorum prætoriis.Prætorium esse Imperatoris tabernaculum,& Prætoriam cohortem ex viris fortissimis delectam,quæ ab Imperatore non discedat scripsimus in Inuectiuâ tertiam. In Imperatorum prætoriis,id est in cohorte Imperatoria.

Inter signa) Signorum tria apud Romanos genera erant Aquila dracones & vexilla. Aquilæ legionis, dracones cohortium, & vexilla centuriarum. Vt apud Vegetium latius legere possis. Locus) id est dignitas Signa Ro.

Agris stipendioque multatis) id est a nobis deuictis. Virtute) id est fortitudine, & vt ita dicam strenuitate. In quissimas leges) Leges & conditiones sæpe appellari inuenias, quos articulos pacis vulgo appellant.

Iudicarint) id est voluerint & decreuerint. Hospitium) Gaditani cum L. Cornelio hospitium publice fecerunt.Id non fecissent, nisi eum ciuem Romanum esse iudicassent. Laudatores) id est Legatos a Gaditanis publice missos cum Cornelii laudatione. Id fieri solitum alibi scripsimus. Sed postea Cn. Pompeius in tertio Consulatu huiusmodi laudationes & reorum commendationes in iudiciis lata lege fieri vetuit.Contra quam legem idem postea Munacium Plancum commendauit. Deprecatores huius periculi) id est qui deprecentur periculum huius Cornelii,id est qui deprecentur ne Cornelius damnetur. Re denique) Hanc Cornelii accusationem populo Gaditano ingratam fuisse dicit, vt inde probet ex Gaditanorum voluntate Cornelium factum esse ciuem Romanum. Multo ante) multo ante quam Cornelius in iudicium vocaretur. Hinc vt ab illo periculum crearetur) id est vt Cornelius ab hoc accusatore in iudicium vocaretur,vel vt Cornelii accusator ab eo, qui iam accusat,pararetur & instrueretur Creare periculum aliis quoque locis a Cicerone dictum fuisse pro Sex. Roscio scripsimus. In istum) accusatorem,qui tum ciuis Gaditanus erat. Gaditani Senatus conuicia)Legendum est aut Gaditanus Senatus conuicia, aut Gaditani Senatusconsulta fecerunt.Quæ lectio mihi videtur melior. Rei laudare.

Ac ne ipſi Gaditani arbitrentur, (quanquam nullo incommodo afficiantur) ſi liceat horum ciues virtutis cauſa in noſtram ciuitatem venire, tamen hoc ipſo inferius eſſe ſuum fœdus quam cæterorum: conſolabor & hos præſentes viros optimos & illam fideliſſimam atque amiciſſimam nobis ciuitatem: ſimul & vos non ignoranteis Iud. admonebo: quo de iure hoc iudicium conſtitutũ ſit, de eo nunquam omnino eſſe dubitatum. Quos igitur prudentiſſimos interpretes fœderũ, quos peritiſſimos bellici iuris, quos diligentiſſimos in exquirendis conditionibus ciuitatum atque cauſis eſſe arbitramur? eos profecto qui iam imperia ac bella geſſerunt.

Scita ac iuſſa noſtra) id eſt noſtras leges, quas populus Rom. ſuffragio ſciſcit ac iubet. Sciſcit autem plebs, populus vero iubet. vt pro L. Flacco ſcribimus. Interponere) id eſt immittere & oſtendere. Interſeptum) id eſt interclusum. Omitto quantis ornamentis) Occupatio eſt. Quum eſſet in Hiſpania Prætor) C. Cæſarem Prætorem obtinuiſſe prouinciam Hiſpaniam eſt apud Plutarchum in eius vita. Gaditanos C. Cæſari L. Cornelii rogatu fuiſſe commendatores oſtendit. Controuerſias) quæ inter Gaditanos erant. Statuerit) id eſt conſtituerit. Barbariam) id eſt barbaros mores. Rogatu) id eſt rogatione. Euentu, iuſſu, permiſſu, arbitratu, rogatu, alia que eiuſdem generis plurima hunc ſolum caſum habent in quarta declinatione. Ac ne ipſi) Accedit, vt renouet quæ de exemplis a Pompeio & Craſſo dicta ſunt. Id autem tertium eſt, quod ſe dicturum promiſerat. Inferius eſſe ſuum fœdus, quam cæterorum) Nam ex aliis quoque fœderatis populis ciuibus licet in noſtram ciuitatem venire. Conſolabor) quum ſcilicet oſtendam ex aliis fœderatis populis ciues in noſtram ciuitatem veniſſe. Non ignorantes admonebo) Ferunt grauiter Iudices, ſi tanquam ignorantes ab oratoribus admoneantur. Itaque in oratione pro M. Fonteio illud dicit, Quare ſi etiam monendi eſtis a me, quod non eſtis Iudices, videor hoc leuiter pro mea authoritate vobis præcipere poſſe &c. De iure prædiatorio) Ius prædiatorium eſt ius quod ad prædia pertinet. Prædiatores ſunt rerum prædialium, aut iuris prædiatorii periti. De prædiorum vrbanorum & ruſticorum ſeruitutibus tituli ſunt libro Pandectarum. viii.

Rogatu, permiſſu iuſſu.

Admonere iudices.

Prædiatorium ius.

Prædiatores.

Etenim si Q. Scæuola ille Augur, cum de iure prædiatorio consuleretur, homo iuris peritissimus, consultores suos nonnunquam ad Furium & Casellium prædiatores reiiciebat: si nos de aqua nostra Tusculana M. Tugionem potius, quam C. Aquilium consulebamus: ꝙ assiduus vsus vni rei deditus & ingenium & artem sæpe vincit: quis dubitaret de fœderibus & de toto iure pacis & belli omnibus iuris peritissimus Imperatores nostros anteferre? Possumus ne igitur tibi probare auctorem exempli atque facti illius, quod a te reprehenditur, C. Marium? quæris aliquem grauiorem? constātiorem? pręstātiorem virtute, prudentia, religione, æquitate? Is igitur M. Annium Appium fortissimum virū, virtute prędituм, ciuitate donauit, cum Camertinum fœdus sanctissimum atque æquissimum sciret esse. Potest igitur Iudices L. Cornelius condemnari, vt non C. Marii factum condemnetur? Existat ergo ille vir parūper cogitatione vestra, quoniam re non potest: vt conspiciatis eum mentibus, quem oculis non potestis. dicat se non imperitum fœderis, non rudem exemplorum, non ignarum belli fuisse, P. Aphricani discipulum ac militem: se stipendiis, se legationibus bellicis eruditum: se si tanta bella legisset, quanta bella & gessit & confecit: si sub tot Cōsulibus meruisset, quoties ipse Consul fuisset: omnia iura belli perdiscere ac nosse potuisse.

Vsus assiduus, & ingeniū & artem vincit

Existere. C. Marius.

P. Aphricani discipulus.

Homo iuris peritissimus) De hoc Scæuola L. Crassus apud Ciceronem libro de Oratore primo, Q. inquit, Scæuola ęqualis & Collega meus homo omnium & disciplina iuris ciuilis eruditissimus, & ingenio prudentiaque acutissimus, & oratione maxime limatus atque subtilis, atque, vt ego soleo dicere, iurisperitorum eloquentissimus & eloquentium iurisperitissimus.

Q. Scęuola

Consultores suos) idest eos a quibus consuleretur. Consultorem & pro eo qui consulit & pro eo qui consulitur dici alibi scripsimus. Ad Furium) ad

Cōsulator

P. Furium Philum. Hunc Furinm & Casellium iuris prædiatorii peritiores Scæuola fuisse, quod huic vni rei maxime intenti fuissent, Scæuolam autem iuris ciuilis peritiorem significat. Hoc exemplum est apud Valerium Maximum libro. viii. titulo Suæ quenque artis optimum & authorem esse & disputatorem. Reiiciebat) id est remittebat. Ea ferme ratione negocii in aliud tempus reiicere id est remittere & differre dicimus. Vt libro epistolarum Ciceronis quinto, Omnino res tota in mensem ianuarium reiecta erat. Et ad Quintum fratrem libro secundo, Habes acta vnius diei, reliqua, vt arbitror, in mēsem ianuarium reiicientur. Reiicere iudices pro eo quod vulgo dicunt recusare alia ratione dicitur. De quo plura loco alio scribemus. De aqua nostra Tusculana) In aqua Tusculana aliquid fuisse iuris Cicero etiam contra Rullum ad Quirites significat. Ego, inquit, Tusculanis pro aqua crebra vectigal pendam, quia a municipio fundum accepi: si a Sylla mihi datus esset, Rulli lege non penderem. C. Aquilium) C. Aquilius Gallus Q. Mutii Scæuola Pontificis maximi auditor fuit, vt ait Pomponius iurisconsultus libro Digestorum primo de Origine iuris. Hic acutus & exercitatus prompta & parata in agendo & in respondendo celeritate fuit. vt ait Cicero de Claris Oratoribus. M. autem Tugio & Casellius ita rerum aliarum indocti fuerunt, vt eorum nomina alibi reperire non sit facile. Omnibus iurisperitissimus) Hoc dicendi genus quamuis sit contra grammaticorum præcepta, Ciceroni tamen insolitum non est. De quo in Progymnasmatis plura. Probare) id est facere vt approbes. Camertinum) id est cum Camertibus Piceni agri populis ictum. Sanctissimum) id est sacrosanctum. Aequissimū) id est in quo additum non erat, vt maiestatem populi Rom. comiter conseruarent. Potest igitur iud) Argumētum a simili est. Existat) id est sit præsens, appareat. Est autem sub oculos subiectio, quæ ab aliis euidentia, ab aliis repræsentatio dicitur. Cogitatione vestra) id est imaginatione, id est imaginamini eum hic præsentem esse.

Reiicere.

Aqua Tusculana.

C. Aquili⁹.

Quoniam re) id est reipsa. Nā tum Marius mortuus erat. Fœderis) Camertini. Non rudem exemplorū) .i. non ignorare exempla, aliosque Imperatores idem fecisse. Rudem exemplorum. Vt in libro Tusculanarum quæstionum primo. Docet enim quemuis, qui omnium rerū rudis esse videatur, bene interroganti respondentem, declarare se, non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere. Et in primo de Officiis, Vt nō modo græcarū literarū rudes, sed etiā docti aliquantū se arbitrētur adeptos & ad dicendū & ad iudicādū. Aliter dixit in libro Epistolarū ad Brutū, Quod ab tuis familiaribus optimis illis quidē viris, sed in Rep. rudibus nō probatur. P. Africani discipulū ac militē) .i. sub Scipione minore militasse. Legationibus publicis) In bello Iugurthino Q. Metelli, & postea ī bello Italico P. Rutilii Legat⁹ fuit. Bellicis) Nā aliæ legatiōes sunt, vt quū pacis, aut repetūdarū rerū gratia Legati mittuntur. Legatus autē bellicus is est, quē locūtenētē eius qui præest exercitui vulgo appellant. Legisset) alii egisset legunt.

Rudis exēplorum.

Mari⁹ sub Scipiōe militauit.

Legatiōes bellicæ.

Quæ lectio aspernāda non est, vt miles agat bellum, gerat vero Imperator, aut is cui datum imperium est. Nam militarem exercitationē non lectionem cum imperatoriis rebus gestis comparat. Quoties ipse Cōsul) Septies enim Consul fuit.

Sibi non fuisse dubium, quin nullo fœdere a Repub. bene gerenda impediretur: a se ex coniunctissima atque amicissima ciuitate fortissimum quenq; esse delectum: neq; Ignatium, neq; Camertum fœdere esse exceptum: quo minus eorum ciuibus a populo Rom. præmia virtutis tribuerentur. Itaq; cum paucis annis post hanc ciuitatis donationem acerrima de ciuitate quæstio Licinia & Mutia lege venisset: num quis eorum qui de fœderatis ciuitatibus esset ciuitate donatus in iudicium est vocatus? Nam Spoletinus T. Macrinus vnus ex iis, quos C. Marius ciuitate donasset, dixit causam ex colonia Latina in primis firma & illustri: quem cum disertus homo L. Antistius accusaret, Spoletinus dixit, fundum populum Spoletinum non esse factum. Videbat enim populos de suo iure, non de nostro fundos fieri solere. Sed cum lege Apuleia coloniæ non essent deductæ, qua lege Saturninus C. Mario tulerat, vt in singulas colonias ternos ciues Romanos facere posset, negabat hoc beneficium re ipsa sublata valere debere. Nihil habet similitudinis ista accusatio. sed tamen tanta auctoritas in C. Mario fuit, vt non per L. Crassum affinem suum hominem incredibili eloquentia, sed paucis ipse verbis causam illam grauitate sua defenderit & probarit. Quis enim esset Iudices qui Imperatoribus nostris in bello, in acie, in exercitu, delectum virtutis? qui sociis, qui fœderatis, in defendenda republica nostra spem prēmiorum eripi vellet?

Sibi non fuisse dubium)dicat. Nullo fœdere)etiam æquissimo & sanctissimo. Ciuitate)non certa aliqua,sed quæuis. Neque Ignatium)Si emendata lectio est Ignates populi sunt cum populo Romano æquissimo fœdere coniuncti, quemadmodum & Camertes. Sed Ignates populos dici nullos quum inueniam, vide an malis legere etiam contra fidem exemplarium,Egnatiorum.Nam Egnatium pro Egnatiorum dici non placet. Est autem Egnatia vrbs Apuliæ. Post hanc ciuitatis donationem)id est vt arbitror,postquam M. Annius Appius Camertinus a C.Mario ciuitate donatus est. Licinia & Mutia lege)Huius legis meminit Cicero in libro de Officiis tertio.Nam esse,inquit,pro ciue qui ciuis non sit,rectum est non licere:quam legem tulerunt sapientissimi Consules Crassus & Scæuola. Idem quoque in oratione pro Cornelio de maiestate. Legem,inquit,Liciniam & Mutiam de ciuibus regundis video constare inter omnes (quam duo Consules omnium quos vidimus sapientissimi tulissent) non modo inutilem,sed perniciosam Reipub.fuisse.Hunc locum enarrans Asconius.P.inquit, Licinium Crassum oratorem,& Q.Mutium Scæuolam Pont.Max.eumdemque & oratorem & Iurisconsultum significat. Hi enim legem eam,de qua loquitur,de regendis in sua ciuitate sociis in suo Consulatu tulerunt,quum summa cupiditate ciuitatis Romanæ Italici populi tenerentur. Et ob id magna pars eorum pro ciuibus Romanis se gereret,necessaria lex visa est,vt in suæ quisque ciuitatis ius redigeretur. Verum ea lege ita alienati animi sunt principum Italicorum populorum,vt ea vel maxima causa belli Italici,quod post triennium exortum est,fuerit. Spoletinus) a Spoleto Spoletinus dicitur. Est autem Spoletum colonia populi Rom.quam post primum bellum Punicum deductum fuisse T.Liuius libro.xx.scribit. Dixit causam ex colonia Latina)id est ex Spoleto,id est T. Macrinus Spoletinus causam dixit. L. Antistius) P.Antistium appellat in libro de claris oratoribus.Ad quem post Tribunatum primum causæ multæ,deinde omnes,maximæ quæcumque erant,deferebantur.Rem videbat acute,componebat diligenter,memoria valebat:verbis non ille quidem ornatis vtebatur,sed tamen non abiectis. Videbat enim)T.Macrinus idem quod Cicero non sentiebat. Antea enim dixit Cicero vim esse istius & iuris & verbi,vt fundi populi beneficio nostro, non suo iure fiant. Lege Apuleia) L. Apuleius Saturninus Trib.pl.legem tulit, vt coloniæ deducerentur,vtque in singulas colonias ternos ciues Romanos C.Marius facere posset. C.Mario tulerat)id est cauerat,& priuilegium dederat. Vt in singulas colonias) non eas solum quæ Apuleia lege deducerentur, sed etiam in alias.Nam T. Macrinus hac lege ciuis Romanus factus est. Negabat) Antistius. Re ipsa sublata)Quia coloniæ Apuleia lege non essent deductæ. Nihil habet similitudinis)cum hac causa Cornelii. Hominem incredibili eloquentia) L.Crassi quanta fuerit eloquentia alio loco scripsimus.

Egnatia.

Lex Licinia & Mutia.

Ciuē se gerere qui ciuis non sit.

Italicū bellum.

Spoletum.

L. Antistius

Lex Apuleia.

Tulit C. Mario.

Marii vultus & anti.

Q. si vultus C. Marii, si vox, si ille imperatorius ardor oculorum, si recentes triumphi, si præsens valuit aspectus: valeat auctoritas, valeant res gestæ, valeat memoria, valeat fortissimi & clarissimi viri nomen æternum: sit hoc discrimen inter gratiosos ciues atque fortes, vt illi viui fruantur opibus suis: horum etiam mortuorum, si quisquàm huius imperii defensor mori potest, viuat auctoritas immortalis. Quid? Cn. Pompeius Magni pater, rebus Italico bello maximis gestis, P. Cesium Equitem Rom. virum bonum, qui viuit Rauennę, fœderato ex populo, nonne ciuitate donauit? Quid? cohortis duas Camertium: quid? Heracliensium legionem, P. Crassus vir amplissimus ex ea ciuitate, quacum prope singulare fœdus, Pyrrhi temporibus, C. Fabritio Consule ictum putatur: quid? Massiliensem Aristonem Sylla: quid? quoniam cum Gaditanis agimus, idem Heros. IX. Gaditanos: quid? vir sanctissimus & summa religione ac modestia Q. Metellus pius Q. Fabium Saguntinum: quid? hic qui adest, a quo hæc, quæ ego nunc percurro, subtilissime sunt omnia perpolita, M. Crassus, non Aletrinẽsem fœderatum ciuitate donauit, homo tum grauitate & prudentia præstans, tum vel nimium parcus in largienda ciuitate? Hic tu Cn. Pompeii beneficium, vel potius iudicium & factum infirmare conaris? qui fecit quod C. Mariũ fecisse audierat: fecit, quod P. Crassũ, L. Syllã, quod Q. Metellũ, quod M. Crassim, quod denique domesticũ auctorẽ patrẽ suũ facere viderat? Neq; vero in vno Cornelio id fecit. nam & Gaditanum Hasdrubalem ex bello illo Aphricano, & Mamertinos

obuios & quosdam Vticenses & Saguntinos fabros ciuitate donauit. Etenim cum cæteris præmiis digni sunt, qui suo labore & periculo nostram Rempub. defendunt: tum certe dignissimi sunt, qui ciuitate ea donentur, pro qua pericula ac tela subierunt. Atque vtinam qui vbique sunt propugnatores huius imperii, possent in hanc ciuitatem venire: & contrà, oppugnatores Reipub. de ciuitate exterminari.

Imperatorius ardor oculorum) Quales fuerint oculi C. Marii tum indicatum est, quum ad eum obscura quadam in domo quiescentem Minturnenses Cimbrium miserunt, qui eum occideret. Hunc enim ferunt, quum per tenebras Marium inquirendo graderetur, oculis eius ignis in modum ardentibus territum infecta re discessisse. Vt est apud Appianum libro de bellis ciuilibus primo. Tales oculos Augusto Cæsari fuisse Sex. Aurelius Victor scribit. Cuius a vultu quũ quidã miles oculos auerteret, eũque cur id faceret Cæsar interrogaret, Quia, inquit, fulmen oculorum tuorum ferre non possum. Valuit) ad T. Macrinum absoluendum. Fruantur opibus suis) id est fructum capiant gratiæ eius, qua valent apud plurimos. Virum bonum, qui viuit Rauennæ) In codice alio scriptum inuenio. virum bonum, Q. Vibium Rauennatem. Ex ea ciuitate) Heraclea. Oculi Imperatorum ardentes.

Heros nouem) Viros non heros legendum esse arbitrer, nisi coniungatur superiori, & sic, idem heros videlicet Sylla. Aletriensem) Aletrinensem legendum est, vt ex Aletrino aliquem intelligas. Est enim Aletrinum municipium Italiæ Arpino vicinum, vt pro A. Cluentio scribimus. Auerniensem non Aletrinensem in codice antiquo mendose, vt opinor, scriptum inuenio. Qui fecit quod C. Marium) per enumerationem repetit exempla Imperatorum, qui ex fœderatis populis homines ciuitate donauerunt, quos Cn. Pompeius in faciendo ciue Cornelio imitatus sit. Aletrinũ.

Quod Q. Metellum quod denique) Ita scribendum censeo. quod Q. Metellum, Quod M. Crassum, quod denique &c. Ex bello illo Africano) quod Cn. Pompeius in Africa gessit cum Cn. Domitio & cum Hierica, vel vt alii dicunt Hiarba Rege Numidiæ. Mamertinos obuios) Mamertini Siciliæ populi sunt, quorum vrbs Messana appellatur. De his Volaterranus libro. vi. plura. Propugnatores) id est defensores. Ille summus poeta noster) id est Ennius. A poetarum testimonio arguit licere Imperatori donare ciuitate eum qui pro Repub. tela atque pericula subierit, & cum hoste fortiter pugnauerit.

Ennius. Neq; ille summus Poeta noster Annibalis illam magis cohortationem, quã communem Imperatorum voluit esse, Hostem qui feriet mihi erit Carthaginiensis, quisquis erit ciuitatis, si & id habent hoc leue & semper habuerunt. Itaque & ciuis fortissimos vndique fortes viros adsciuerunt, & hominum ignobilium virtutem persæpe nobilitatis inertiæ prætulerunt. Habetis Imperatorum summorum & sapientissimorum hominum clarissimorum virorum interpretationem iuris ac fœderum. dabo etiam iudicum, qui huic quæstioni præfuerunt: dabo vniuersi populi: dabo sanctissimum etiam iudicium Senatus. Iudices cum sæpe ferrent, palamq; loquerētur, quid essent lege Papia de M. Crasso Mamertinis repetentibus iudicaturi: Mamertini publice suscepta causa destiterunt. multi in ciuitate recepti ex liberis fœderatisque populis: nemo vnquam est de ciuitate accusatus: ꝙ aut populus fundus factus non esset, aut ꝙ fœdere ciuitatis mutandæ ius impediretur. Audebo etiam hoc contendere, nunquã esse condemnatum, quem constaret ab Imperatore nostro ciuitate donatum. Cognoscite nunc populi Rom. iudicium multis rebus interpositum, atque in maximis causis re ipsa atque vsu comprobatũ. Cum Latinis omnibus fœdus ictum Sp. Cassio, Posthumio Cominio COSS. quis ignorat? quod quidem nuper in columna ænea meminimus post rostra incisum & perscriptum fuisse. Quomodo igitur L. Cominius Tyburs, pater huius Equitis Rom. optimi atque ornatissimi viri, damnato Cælio, quomodo ex eadem ciuitate T. Coponius ciuis item summa virtute & dignitate (nepotes T. & C. Coponios nostis)

Popul^s fundus factus.

Meminimus fuisse.

damnato C. Maſſone ciuis Romanus eſt factus? An lingua & ingenio patefieri aditus ad ciuitatem potuit? manu & virtute non potuit? An ne de vobis trahere ſpolia fœderatis licebit? de hoſtibus non licebit? An quod adipiſci poterant dicendo, id aſſequi pugnando non liceat? An accuſatori maiores noſtri maiora præmia, quam bellatori eſſe voluerunt?

Annibalis) Enni⁹ ſecundum bellum Punicum complexus carmine eſt, in quo libro eſt verſus ille quem hoc loco Cicero citat, quem etiam aduocat Politianus in epiſtolis vt doceat Carthaginiẽſem non Carthaginẽſem dici oportere. id tamẽ aliis neceſſitate carminis hexametri faciendum non in proſa videtur. Mihi erit Carthaginẽſis) id eſt ciuitate Carthaginẽſi donabo. Quiſquis erit ciuitatis) Locum hunc emendatum non eſſe memini dubium eſt. Vndique) ex omnibus populis etiam fœderatis. Hominum ignobilium &c) id eſt ignobiles viros, qui fortes eſſent, nobilibus ignauis prætulerunt. Nobilitatis inertiæ, intellectio eſt. Habetis &c) Admonet quæ dicit & proponit quæ dicturus ſit, vt auditores magis attentos reddat. Renouauit quæ de exemplis Pompeius dixit, renouat, quę de conſuetudine idem dixit. Iudicum) Iudicium ſcilicet. Huic quæſtioni) id eſt ſimili cauſa. Lege Papia) qua peregrini ab vrbe arcebantur. De qua alio loco ſcripſimus. De M. Craſſo) qui Mamertinum aliquem ciuitate donarat. Repetentibus) iudicio vt ciuem ſuum. Quid eſſent iudicaturi) quod ſcilicet eum abſoluturi eſſent. Fœdere impediretur) quia eſſet fœdus ſacroſanctum. In columna ænea) In columnis æneis Romanos veteres ſcribere ſolitos leges & fœdera apud Dionyſium Halicarnaſſeum ſæpe licet legere. Ardente Capitolio tria millia tabularum ærearum conflagraſſe, eaſque reſtituendas Veſpaſianum ſuſcepiſſe inueſtigatis vndique exemplaribus Suetonius ſcribit. Aera legum in Capitolio de cœlo tacta & liquefacta fuiſſe Cicero in Inuectiuis in Catilinam dicit. Tybur) Tyburs legendum eſt. Tybur enim oppidum eſt in Italia, non longe ab vrbe Rom. Vnde Tyburs huius Tyburtis gentile nomen eſt. Damnato Cælio) Cælium & paulo poſt C. Maſſonem ſe pro ciuibus geſſiſſe ideoque damnatos fuiſſe ſignificat. An lingua & ingenio) L. enim Cominius & T. Coponius oratores fuerunt. De nobis trahere ſpolia) id eſt vt arbitror, nos accuſare, & cauſa vincere. Vt ea ſententia ſit, An licebit oratoribus ex populis fœderatis in ciuitatem noſtram venire, & nobiſcum accuſatione contendere, viris autem fortibus ex fœderatis populis non licebit cum hoſte pugnare? quia nullum præmium ſperabũt.

Carthaginenſis.

Lex Papia.

Leges & fœdera vbi ſcribantur.

Qꝫ si acerbissima lege Seruilia principes viri ac grauissimi & sapientissimi ciues hanc Latinis id est fœderatis viam ad ciuitatem populi iussu patere passi sunt: neque in his est hoc reprehensum Licinia & Mutia lege, cum præsertim in genus ipsum accusationis & nomen eiusmodi præmium, quod nemo assequi possit, nisi ex Senatoris calamitate, neque Senatori, neque bono cuiquàm nimis iucundum esse posset: dubitandum fuit, quin quo in genere, iudiciorum præmia rata essent, in eodem iudicia Imperatorum valerent? Num fundos igitur factos populos Latinos arbitramur, aut Seruilia lege, aut cęteris, quibus Latinis hominibus erat propositum aliqua ex re præmium ciuitatis? Cognoscite nunc iudicium Senatus, quod semper est iudicio populi comprobatum. Sacra Cereris Iudices summa maiores nostri religione confici cerimoniaque voluerunt. quę cum essent assumpta de Græcia, & per Græcas semper curata sunt sacerdotes, & Græca omnia nominata: sed cum illam quæ Græcum illud sacrum monstraret & faceret, ex Græcia deligerent, tamen sacra pro ciuibus ciuem facere voluerunt: vt deos immortales sciẽtia peregrina & externa, mente domestica & ciuili precarentur. has sacerdotes video fere aut Neapolitanas, aut Velienses fuisse fœderatarum sine dubio ciuitatum. Mitto vetera. proxima dico. ante ciuitatem Veliensibus datam, de Senatus sententia C. Valerium Flaccum Prætorem vrbanum nominatim ad populum de Calliphana Veliense, vt ea ciuis Romana esset, tulisse. nũ igitur aut fundos factos Velienses, aut sacerdotem illam ciuem Rom. factam non esse, aut fœdus & a Sena-

Cereris sacra.

Sacra pro ciuibus ciuis faciebat.

tu & a populo Rom. violatum arbitrabimur? Intelligo Iud. in causa aperta, minimeque dubia, multo & plura & a pluribus peritissimis esse dicta, quàm res postularet. sed id factum est, non vt vobis rem tam perspicuā dicendo probaremus, verum vt omnium maleuolorum, iniquorum, inuidorum animos frangeremus: quos aut accusator incenderet, vt aliqui sermones hominum alienis bonis mœrentium etiam ad vestras aures permanarent, & in iudicio ipso redundarent.

Acerbissima lege Seruilia) Hæc Seruilia lex quæ fuerit legere non memini. Eam tamen esse opinor, quam a Q. Seruilio Cæpione latam L. Crassus suasit. In qua suasione summis laudibus Senatum ornauit. vt est apud Ciceronem de Claris oratoribus, & pro A. Cluentio. C. Cosconium Valerius libro. viii. reum dicit factum lege Seruilia. Legem quoq; Seruiliam repetundarum esse est apud Asconium in Pisonem. Hac tamen lege quid cautum sit ignoro. Populi iussu) id est populo approbante legem suffragio. Calamitate) id est condemnatione. Aut Seruilia lege) id est quod eam Seruiliam legem asciuerint, quod non licebat. Nam de Repub. Romana ea lex erat. Ex qua fundos fieri populos maiores, vt dixi, noluerūt. — Lex Seruilia.

De Græcia) Magna, quæ in Italia est. Veliensibus) Velia oppidum est in agro Lucano a Phocensibus Seruio Tullio regnante Romæ conditum. Phocenses enim ab Harpalo regis Cyri præfecto fugati alii Veliam partim Massiliam condiderunt, vt ex Higino A. Gellius libro. x. scribit. De Calliphana) Valerius Maximus libro primo, titulo de cultu deorum scribens, hanc ab aliis Chalcitanam dicit appellatam esse. Veliense) pro Veliensi dixit. quod posterius ex grammaticorum præceptionibus dicendum esset. — Velia. Massilia. Veliense.

Intelligo iudices) C. Cæsari L. Cornelius amicus fuit, vt ante dictum est. Cæsaris inimici Cornelium insectati sunt. Cicero Pompeium Crassum & se tam multa in hac causa dixisse testatur, vt inuidorum animos frangerent. A pluribus peritissimis) Pompeio Crasso & Cicerone. Frangeremus) id est molliremus & mutaremus. Quos aut accusator incenderet) In codice alio scriptum inuenio, Quos vt accusator incenderet. Quæ lectio magis placet. Alienis bonis mœrentium) id est inuidorum. Nam inuidus alterius macrescit rebus opimis. — Balbi opes. Neapolis.

Idcirco illa in omni parte orationis sua arte asper-gi videbatis: tum pecuniam L. Cornelii, quæ neque in-uidiosa est, & quantacunque est, eiusmodi est, vt con-seruata magis q̃ corrupta esse videatur: tum luxuriam, quæ non crimine aliquo libidinis, sed communi male-dicto notabatur: tum Tusculanum, quod Q. Metelli fuisse meminerat, & L. Crassi. illud nesciebat, prædio-rum nullam esse gentem: emptionibus ea solere sæpe ad alienos homines, sæpe ad infimos, non legibus tan-quam tutelas peruenire. Obiectum est etiam q; in Tri-bum Crustuminam peruenerit: quod hic assecutus est legis de ambitu præmio minus inuidioso, q̃ qui legum præmiis Prætoriam sententiam & prętextam togam consequuntur. Et adoptio Theophanis agitata est, per quam Cornelius nihil est præterq̃ propinquorum suo-rum hæreditates assecutus. q̃q̃ istorum animos, qui ipsi Cornelio inuident, non est difficillimum mitigare: mo-re hominum inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis vellicant: non illo inimico, sed hoc maledico dente car-punt. qui amicis L. Cornelii aut inimici sunt, aut inui-dent, hi sunt huic multo vehementius pertimescendi. nam huic quidem ipsi quis est vnq̃ inuentus inimicus? aut quis iure esse potuit? quem bonum non coluit? cu-ius fortunæ dignitatique non cessit? versatus in inti-ma familiaritate hominis potentissimi, in maximis no-stris malis atq; discordiis neminem vnq̃ alterius ratio-nis ac partis, non re, non verbo, non vultu deniq; offen-dit. Fuit hec siue meum, siue Reip. fatum, vt in me vnum omnis inclinatio communium temporum incumberet. non modo nõ exultauit in ruinis nostris vestrisq; discor-

diis Cornelius, sed omni officio, lachrymis, opera consolatione, omnis me absente meos subleuauit. quorũ ego testimonio ac precibus, munus hoc meritum huic, & vt a principio dixi, iustam & debitam gratiam refero.

Illa) maledicta, que consequũtur. Ea autem postremo loco hic refutat Cicero, quæ ante causæ defensionem refutare alibi solet. Pecuniam L. Cornelii) Quæ tanta fuit, vt apud Gades authore Strabone libro tertio vrbẽ ædificauerit nomine Neapolim. Inuidiosa) id est nimis magna. Communi maledicto) quo accusatores vti solent. Nullam esse gentem) id est nullum esse possessorem perpetuum. Vt in natione aliqua gens genti succedit, nec eius nomen mutatur, ita non est in fundi alicuius possessione, quæ sæpe mutatur. Ad alienos) id est non propinquos. Ad infimos) id est a nobilibus ad ignobiles. Tanquam tutelas) Quibus testamento tutor datus non sit, iis ex lege tabularum. xii. agnati sunt tutores, qui vocantur legitimi. Vt est in primo libro Institutionum Iustiniani, de legitima agnatorum tutela. Non igitur vt tutela, ita & prædiorum possessio ad agnatos legibus peruenit. Quod in tribum Crustuminam peruenerit) Qui Romana ciuitate donabantur, eos in aliquam tribum venire oportebat. Cur autem id Cornelio obiectum sit, & quo legis de ambitu præmio id assecutus sit nescio. Prætoriam sententiam) id, vt arbitror, illum habet intellectum. In causis priuatis Prætores ex legibus ferunt sententiam. Prætoriam sententiam ex præmiis legum consequũtur ii, secundum quos iudicatum sit. Prætextam togam) quã ex Prętoris sententia sumi morẽ fuisse significat. Theophanis) Is Theophanes non est, qui Pompeii Magni res gestas scripsit. De quo est in oratione pro Archia. Amicis L. Cornelii) præcipue C. Cæsari. Docet autem Cicero magis metuendum Cornelio ab amicorum inimicis, quam a suis, quum nullos ipse iure habeat. Nam bonos coluit, improbos nec re nec verbo nec vultu offendit. omnium fortunę dignitatiq; cessit. Hominis potentissimi) C. Cæsaris. In maximis nostris malis atq; discordiis) id est in turbulento illo P. Clodii Tribunatu & Ciceronis exilio. Alterius rationis ac partis) id est Clodianis. Communium temporum) id est malorum, quæ Communiter eodem tempore omnibus impenderent. Omnes meos) id est vxorem & liberos. Me absente) id est exulante. Quamuis exilium suum nusquam appellet Cicero. Vt a principio dixi) Nam in huius orationis exordio Cicero dixit, Ego quantum ei debeam, alio loco ostendam. Munus meritum, iustam & debitam gratiã referre in eadem re dicit. Debere gratiam dixit Cicero in oratione in Rullum ad Quirites, Maioribus nostris præcipuam laudem gratiamque debemus, quod eorum labore est factum, vt impune in ocio esse possemus. Idem

Maledictorum refutatio.

Gens prædiorũ nulla

Debere gratiam & beneficium.

quoque debere beneficium dixit in libro de Oratore primo. Adoleſcentulus, inquit, ſic in initio accuſationis exanimatus ſum, vt hoc ſummum beneficium Q. Maximo debuerim, quod continuo conſilium dimiſerit, ſimul ac me fractum ac debilitatum metu viderit.

Speroq; Iud. vt eos, qui principes fuerunt conſeruandę ſalutis, aut dignitatis meæ, diligitis & charos habetis: ſic quæ ab hoc pro facultate huius, pro loco facta ſunt & grata eſſe vobis & probata. Non igitur a ſuis, quos nullos habet, ſed a ſuorum, qui & multi & potentes ſunt, vrgetur inimicis. quos quidē heſterno die Cn. Pompeius copioſa oratione & graui ſecum ſi vellent, contendere iubebat: ab hoc improbo certamine atque iniuſta contentione auocabat. Et erat æqua lex & vobis Iudices atque omnibus qui noſtris familiaritatibus implicantur, vehementer vtilis, vt noſtras inimicitias ipſi inter nos geramus, amicis noſtrorum inimicorum temperemus. Ac ſi mea auctoritas ſatis apud illos in hac re ponderis haberet, cum me præſertim rerum varietate atque vſu ipſo iam perdoctum viderent, etiam ab illis eos maioribus diſcordiis auocarem. Id enim contendere mecum de republica, cū id defendas, quod eſſe optimum ſentias, & fortium virorum & magnorum hominum ſemper putaui, neque huic vnquam labori, officio, muneri defui. ſed contentio tandiu ſapiens eſt, quamdiu aut proficit aliquid: aut ſi non proficit, non obeſt ciuitati. volumus quædam, contendimus, experti ſumus, obtenta non ſunt: dolorem in alienis, luctum, mœroremque ſuſcepimus: cur ea quæ mutare non poſſumus, conuellere malumus, q̄ tueri? C. Cæſarem Senatus & genere ſupplicationum ampliſſimo ornauit.

Speroque)id est existimo. Ea in re hoc verbum dici sæpe attendere potes. Charos habetis)id est amatis. De hoc dicendi genere alio loco præcepimus. Pro facultate huius) Quid si legis pro facultate eius id est sua? Pro loco)id est pro tempore, quum eius anni tempestas in me incumberet. Ab hoc improbo certamine)cum L.Cornelio. Qui nostris familiaritatibus implicantur)id est qui nostri amici sunt. Rerum varietate) etiam aduersa fortuna, qui cum Clodio conflictatus sum. Vsu ipso)id est experientia. Sapiens)id est viri sapientis. Volumus quædam)in Rep. volumus quædam fieri, ea vt fiant contendimus, an fieri possint experti sumus, quia Senatus aut populi Rom. Iudicium petiuimus, hæc obtenta non sunt, quia contra nostram voluntatem latum iudicium est. Ea ex re vehementer doluimus. Quia igitur ea per Senatus aut populi Rom. sententiam mutari non possunt, ea velle tueri potius quam tollere debemus, nec odia suscipere cum his qui contra sentiant. C. Cæsarem) Exemplo suo vult C. Cæsaris inimicos ab odiis & discordiis auocare. Cæsar enim & Cicero inimicitias inter se gesserunt. Nam quum P. Clodius designatus esset Trib. pl. eiusque minas Cicero pertimesceret, quamuis Cæsarem infensum sibi esse ob Catilinę coniurationem existimaret, ab eo tamen impetrauit, vt ei Legatus in Galliam iret. Id si fieret, P. Clodius ereptum iri sibi Ciceronem existimans, conciliationem amicitiæ cum Cicerone simulat. Itaque Cicero Legatus ire Cæsari renuit. Id grauiter ferēs Cæsar in Ciceronem Clodium incitat, Pompeium ab eiusdem amore remouet. Idem in Ciceronem testimonium dicit contra ius ac maiorum leges Lentulum, Cethegum, aliosque indicta causa damnatos necatosque esse. Author est Plutarchus in vita Ciceronis. Sed has inimicitias Cicero Reipu. causa deposuit. Hoc odium causa Reipub. vt susceptum, ita depositum Cicero dicit in oratione de Prouinciis Consularibus. Vos, inquit, sequor P.C. vobis obtempero, vobis assentior. qui quandiu C. Cæsaris consilia in Repub. non maxime diligebatis, me quoque cum illo minus coniunctum videbatis. Postea quam rebus gestis mentes vestras voluntatemque mutastis, me non solum comitem esse sententiæ vestræ, sed etiam laudatorem vidistis. Et paulo ante, Hic me meus in Remp. animus pristinus ac perennis cum C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. Quid volent denique homines existiment. nemini ego esse possum bene de Repub. merenti non amicus. Genere supplicationum)Mos erat Romanorum vt ex Senatus decreto, Imperatorum nomine, qui bella prospere gererent, supplicationes cum coniugibus & liberis ad templa deorum, gratulationis causa aliquot dies celebrarent, vt in Inuectiuas Ciceronis scribimus amplius.

Cæsar & Cicero reconciliati.

Afficere stipendio.

Odium infinitum.

Et numero dierum quindecim. Idẽ in angustiis ærarii victorem exercitum stipendio affecit, Imperatori decem Legatos decreuit, lege Sempronia succedendũ non cẽsuit. harum ego sententiarum & princeps & auctor fui: neque me dissensioni meæ pristinæ putaui potius assentiri, q̃ præsentibus reipublicæ temporibus & concordię conuenire. Non idem aliis videtur. sunt fortasse in sententia firmiores, reprehendo neminem. sed assentior non omnibus: neque esse inconstantis puto, sententiam aliquam, taq̃ aliquod nauigium ex Reipub. tempestate moderari. sed si qui sunt, quibus infinitum sit odium, in quo semel susceptum sit, quos video esse nonnullos: cum ducibus ipsis, non cum comitatu, assectatoribusque confligant. Illam enim fortasse pertinaciam nonnulli, virtutem alii putabunt: hanc vero iniquitatem omnes, cum aliqua crudelitate coniunctam. Sed si certorum hominum mentes nulla ratione placare possumus Iudices, vestros quidem animos certe confidimus. non oratione nostra, sed humanitate vestra esse placatos. Quid enim est cur non potius ad summam laudem huic, q̃ ad minimam fraudem Cæsaris familiaritas valere debeat? cognouit adolescens: placuit homini prudentissimo: in summa amicorum copia, cum familiarissimis eius est adæquatus: in Prætura, in Consulatu Præfectum fabrum detulit: consilium hominis probauit: fidem eius est complexus: officia, obseruantiamque dilexit. fuit hic multorum illi laborum socius aliquando, est fortasse nunc nonnullorum particeps commodorum. quæ quidem si huic obfuerint apud vos, non intelligo quod bonum cuiq̃ sit apud tales viros profuturum,

Et numero dierum nouem)Quindecim non nouem scribi oportere illa verba Ciceronis de Prouinciis consularibus indicant, Supplicationē quindecim dierum decreui sententia mea. Loquitur enim de hac eadem supplicatione, de qua plura dicit. In angustiis ærarii)In eadem oratione, Relatum est, inquit, ad nos nuper de stipendio exercitus. Non decreui solum sed etiam vt vos decerneretis laboraui &c. In angustiis ærarii)id est in tenuitate & penuria. quum parua esset in ærario pecunia. Vt actione in Verrem. v. Si potest ista pecunia sine aratorum iniuria detrahi, populus Ro. habeat, præsertim in tantis ærarii angustiis. Et in libro epistolarum. xiii. De sumptu, quem te in rem militarem facere, & fecisse dicis, nihil sane possum tibi opitulari, propterea quod & orbus Senatus Consulibus amissis, & incredibiles angustiæ pecuniæ publicæ, quæ conquiritur vndiq;, vt optime meritis militibus promissa soluantur. Decem Legatos decreuit)In eadem oratione de Prouinciis, Actum est, inquit, de decem Legatis, quos alii omnino non dabant, alii exempla quærebant, alii tempus differebant, alii sine vllis verborum ornamentis dabant. In ea quoq; re sic sum locutus, vt omnes intelligerent, me id quod Reipub. causa sentirem, facere vberius propter ipsius Cæsaris dignitatem. Imperatoribus autē Legatos ex Senatus sententia dari solitos pro lege Manilia scribimus. Lege Sempronia) Quum C. Cæsar Gallicum bellum per quinquennium gessisset, isq; imperium prorogari sibi in aliud quinquennium postularet, nōnullis in Curia aduersantibus censuit Cicero Cæsarem ex Gallia prius reuocandum non esse, quàm Gallicum bellum confectum sit. Eius sententia perscripta est in oratione de Prouinciis Consularibus. Lege Sempronia)C. Sempronius Gracchus legem tulit, vt necesse esset Prouincias Consulares quotannis per Senatum constitui, vt ait Cicero in oratione pro domo sua. Cēsuit itaq; Senatus, vt non succederetur Cæsari lege Sempronia. Cicero libro Epistolarum primo huius legis meminit. Perpaucis, inquit, aduersantibus omnia, quę ne per populum quidem sine seditione se assequi arbitrabātur, per Senatum consecuti sunt. Nam & stipendium Cæsari decretum est, & decē Legati, & ne lege Sempronia succederetur, facile perfectū est. Tāquā aliquod nauigium)Vt in libro Epistolarum primo, Nunq̄ præstantibus in Rep. gubernanda viris laudata est in vna sententia perpetua permāsio: sed vt in nauigando tempestati obsequi artis est, etiam si portum tenere non queas: quum vero id possis mutata velificatione assequi, stultum est eum tenere cū periculo cursum, quin ceperis, potiꝰ quam eo commutato quo velis tandē peruenire. Eadem quoque sententia est in oratione pro Cn. Plāco, Ego, inquit, hæc didici, hæc vidi, hæc scripta legi, hæc de sapientissimis & clarissimis viris, & in hac Rep. & in aliis ciuitatibus monimenta nobis literæ prodiderunt, non semper easdem sententias ab iisdem, sed quascunq; Reip. status, inclinatio temporum, ratio concordiæ postularet, esse defendendas. Infinitum odium) i. maximum & perpetuum. Vt in libro Tusculanarum

Angustiæ ærarii.

Lex Sempronia.

Prouinciæ consulares.

Consilium mutare prudentis est.

Infinitum odium.

Labor mœror infiniti

narum quæstionum quarto. De L.Bruto fortasse dubitarim, an propter infinitum odium Tyranni effrenatius in Aruntem inuaserit. Infinitũ mœrorem, laborem, ambitum idem dixit. Libro epistolarum ad Atticum tertio. Sane sum in meo infinito mœrore sollicitus. Libro de Oratore primo. Si infinitus rerum forensium labor, & ambitionis occupatio decursu honorum, etiam ætatis flexu constitisset. Et pro M. Cælio, Nunquam tam Cælius amens fuisset, vt si se isto infinito ambitu commaculasset, alterum ambitus accusaret. Illam).i. illud odium cum ducibus. Virtutem) id est magnanimitatem. Hanc vero) id est hoc odium cum comitatu & sectatorib⁹. Fraudem) id est vitium & damnum. Adolescens) Corneli⁹. Detulit) id est fecit. Præfect⁹ fabrum qui sit pro L.Murena scripsimus. Est complexus) id est adamauit, id est eum fidelem probauit.

Sed quoniam C.Cæsar abest longissime atque in his est nunc locis, quę regiones orbẽ terrarum rebus illius gestis, imperium populi Ro. definiunt, nolite per deos immortales Iudices hunc illi acerbum nuncium velle deferri, vt suum Præfectum fabrũ, vt hominem sibi charissimum & familiarissimum, non ob ipsius aliquod delictum, sed ob suam familiaritatem vestris oppressum sententiis audiat. Miseremini eius, qui non de suo peccato, sed huius summi & clarissimi viri facto: non de aliquo crimine, sed periculo suo de publico iure disceptat: quod ius si Cn.Pompeius pater ignorauit, si P.Crassus, si Q.Metellus, si Cn.Põpeius, si L.Sylla, si M.Crassus, si C.Marius, si Senatus, si populus Rom. si qui de re simili iudicarunt, si fœderati populi, si socii, si illi antiqui Latini, videte ne vtilius vobis & honestius sit, illis ducibus errare, q̃ hoc magistro erudiri. Sed si de certo, de perspicuo, de vtili, de probato, de iudicato vobis iure esse cõstituẽdum videtis: nolite committere, vt in re tam inueterata quicq̃ noui sentiatis. Simul & illa Iud. omnia ante oculos vestros proponite. Primum esse omnes etiã post mortem reos clarissimos illos viros, qui fœdera-

Vtili⁹ vobis ducibus errare, q̃ hoc magistro erudiri.